8:41 And, behold, there came a man named Jairus, and he was a ruler of the synagogue: and he fell down at Jesus' feet, and besought him that he would come into his house:

8:42 For he had one only daughter, about twelve years of age, and she lay a dying. But as he went the people thronged him.

8:43 And a woman having an issue of blood twelve years, which had spent all her living upon physicians, neither could be healed of any,

8:44 Came behind him, and touched the border of his garment: and immediately her issue of blood stanch'd.

8:45 And Jesus said, Who touched me? When all denied, Peter and they that were with him said, Master, the multitude throng thee and press thee, and sayest thou, Who touched me?

8:46 And Jesus said, Somebody hath touched me: for I perceive that virtue is gone out of me.

8:47 And when the woman saw that she was not hid, she came trembling, and falling down before him, she declared unto him before all the people for what cause she had touched him, and how she was healed immediately.

8:48 And he said unto her, Daughter, be of good comfort: thy faith hath made thee whole; go in peace.

8:49 While he yet spake, there cometh one from the ruler of the synagogue's house, saying to him, Thy daughter is dead; trouble not the Master.

8:50 But when Jesus heard it, he answered him, saying, Fear not: believe only, and she shall be made whole.

8:51 And when he came into the house, he suffered no man to go in, save Peter, and James, and John, and the father and the mother of the maiden.

8:52 And all wept, and bewailed her: but he said, Weep not; she is not dead, but sleepeth.

uerunt autem illis et qui uiderant quomodo sanus factus esset a Legione 8:37 et rogauerunt illum omnis multitudo regionis Gerasenorum ut discederet ab ipsis quia timore magno tenebantur ipse autem ascendens nauem reuersus est 8:38 et rogabat illum uir a quo daemonia exierant ut cum eo esset dimisit autem eum Iesus dicens 8:39 redi domum tuam et narra quanta tibi fecit Deus et abiit per uniuersam ciuitatem praedicans quanta illi fecisset Iesus 8:40 factum est autem cum rediisset Iesus exceptit illum turba erant enim omnes expectantes eum 8:41 et ecce uenit uir cui nomen Iairus et ipse princeps synagogae erat et cecidit ad pedes Iesu rogans eum ut intraret in domum eius 8:42 quia filia unica erat illi fere annorum duodecim et haec moriebatur et contigit dum iret a turbis conprimebatur 8:43 et mulier quaedam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim quae in medicos erogauerat omnem substantiam suam nec ab ullo potuit curari 8:44 accessit retro et tetigit fimbriam uestimenti eius et confestim stetit fluxus sanguinis eius 8:45 et ait Iesus quis est qui me tetigit negantibus autem omnibus dixit Petrus et qui cum illo erant praeceptor turbae te conprimunt et affligunt et dicis quis me tetigit 8:46 et dixit Iesus tetigit me aliquis nam ego noui uirtutem de me exisse 8:47 uidens autem mulier quia non latuit tremens uenit et procidit ante pedes illius et ob quam causam tetigerit eum indicauit coram omni populo et quemadmodum confestim sanata sit 8:48 at ipse dixit illi filia fides tua te saluam fecit uade in pace 8:49 adhuc illo loquente uenit a principe synagogae dicens ei quia mortua est filia tua noli uexare illum 8:50 Iesus autem audito hoc uerbo respondit patri puellae noli timere crede tantum et salua erit 8:51 et cum uenisset domum non permisit intrare secum quemquam nisi Petrum et Iohannem et Iacobum et patrem et matrem puellae 8:52 flebant autem omnes et plangebant illam at ille dixit nolite flere non est mortua sed

Euangelium Secundum Lucam

dormit 8:53 et deridebant eum scientes quia mortua esset 8:54 ipse autem tenens manum eius clamauit dicens puella surge 8:55 et reuersus est spiritus eius et surrexit continuo et iussit illi dari manducare 8:56 et stupuerunt parentes eius quibus praecepit ne alicui dicerent quod factum erat

8:53 And they laughed him to scorn, knowing that she was dead.

8:54 And he put them all out, and took her by the hand, and called, saying, Maid, arise.

8:55 And her spirit came again, and she arose straightway: and he commanded to give her meat.

8:56 And her parents were astonished: but he charged them that they should tell no man what was done.

9:1 conuocatis autem duodecim apostolis dedit illis uirtutem et potestatem super omnia daemona et ut languores curarent 9:2 et misit illos praedicare regnum Dei et sanare infirmos 9:3 et ait ad illos nihil tuleritis in uia neque uirgam neque peram neque panem neque pecuniam neque duas tunicas habeatis 9:4 et in quamcumque domum intraueritis ibi manete et inde ne exeatis 9:5 et quicumque non receperint uos exeuntes de ciuitate illa etiam puluerem pedum uestrorum excutite in testimonium supra illos 9:6 egressi autem circumibant per castella euangelizantes et curantes ubique 9:7 audiuit autem Herodes tetrarcha omnia quae fiebant ab eo et haesitabat eo quod diceretur 9:8 a quibusdam quia Iohannes surrexit a mortuis a quibusdam uero quia Helias apparuit ab aliis autem quia propheta unus de antiquis surrexit 9:9 et ait Herodes Iohannem ego decollauis quis autem est iste de quo audio ego talia et quaerebat uidere eum 9:10 et reuersi apostoli narrauerunt illi quaecumque fecerunt et adsumptis illis secessit seorsum in locum desertum qui est Bethsaida 9:11 quod cum cognouissent turbae secutae sunt illum et excepit illos et loquebatur illis de regno Dei et eos qui cura indigebant sanabat 9:12 dies autem coeperat declinare et accedentes duodecim dixerunt illi dimitte turbas ut euntes in castella uillasque quae circa sunt deuertant et inueniant escas quia hic in loco deserto sumus 9:13 ait autem ad illos uos date illis manducare at illi dixerunt non sunt nobis plus quam quinque panes et duo pisces nisi forte nos eamus et emamus in omnem hanc turbam escas 9:14 erant autem fere uiri quinque milia ait autem ad discipulos suos

9:1 Then he called his twelve disciples together, and gave them power and authority over all devils, and to cure diseases.

9:2 And he sent them to preach the kingdom of God, and to heal the sick.

9:3 And he said unto them, Take nothing for your journey, neither staves, nor scrip, neither bread, neither money; neither have two coats apiece.

9:4 And whatsoever house ye enter into, there abide, and thence depart.

9:5 And whosoever will not receive you, when ye go out of that city, shake off the very dust from your feet for a testimony against them.

9:6 And they departed, and went through the towns, preaching the gospel, and healing every where.

9:7 Now Herod the tetrarch heard of all that was done by him: and he was perplexed, because that it was said of some, that John was risen from the dead:

9:8 And of some, that Elias had appeared; and of others, that one of the old prophets was risen again.

9:9 And Herod said, John have I beheaded: but who is this, of whom I hear such things? And he desired to see him.

9:10 And the apostles, when they were returned, told him all that they had done. And he took them, and went aside privately into a desert place belonging to the city called Bethsaida.

9:11 And the people, when they knew it, followed him: and he received them, and spake unto them of the kingdom of God, and healed them that had need of healing.

9:12 And when the day began to wear away, then came the twelve, and said unto him, Send the multitude away, that they may go into the towns and country round about, and lodge, and get victuals: for we are here in a desert place.

9:13 But he said unto them, Give ye them to eat. And they said, We have no more but five loaves and two fishes; except we should go and buy meat for all this people.

9:14 For they were about five thousand men. And he said to his disciples, Make them sit down by fifties in a company.

Biblia Sacra Vulgata

9:15 And they did so, and made them all sit down.

9:16 Then he took the five loaves and the two fishes, and looking up to heaven, he blessed them, and brake, and gave to the disciples to set before the multitude.

9:17 And they did eat, and were all filled: and there was taken up of fragments that remained to them twelve baskets.

9:18 And it came to pass, as he was alone praying, his disciples were with him: and he asked them, saying, Whom say the people that I am?

9:19 They answering said, John the Baptist; but some say, Elias; and others say, that one of the old prophets is risen again.

9:20 He said unto them, But whom say ye that I am? Peter answering said, The Christ of God.

9:21 And he straitly charged them, and commanded them to tell no man that thing:

9:22 Saying, The Son of man must suffer many things, and be rejected of the elders and chief priests and scribes, and be slain, and be raised the third day.

9:23 And he said to them all, If any man will come after me, let him deny himself, and take up his cross daily, and follow me.

9:24 For whosoever will save his life shall lose it: but whosoever will lose his life for my sake, the same shall save it.

9:25 For what is a man advantaged, if he gain the whole world, and lose himself, or be cast away?

9:26 For whosoever shall be ashamed of me and of my words, of him shall the Son of man be ashamed, when he shall come in his own glory, and in his Father's, and of the holy angels.

9:27 But I tell you of a truth, there be some standing here, which shall not taste of death, till they see the kingdom of God.

9:28 And it came to pass about an eight days after these sayings, he took Peter and John and James, and went up into a mountain to pray.

9:29 And as he prayed, the fashion of his countenance was altered, and his raiment was white and glistening.

9:30 And, behold, there talked with him two men, which were Moses and Elias:

9:31 Who appeared in glory, and spake of his decease which he should accomplish at Jerusalem.

9:32 But Peter and they that were with him were heavy with sleep: and when they were awake, they saw his glory, and the two men that stood with him.

facite illos discumbere per conuiuia quinquagenos 9:15 et ita fecerunt et discumbere fecerunt omnes 9:16 acceptis autem quinque panibus et duobus piscibus respexit in caelum et benedixit illis et fregit et distribuit discipulis suis ut ponerent ante turbas 9:17 et manducauerunt omnes et saturati sunt et sublatum est quod superfuit illis fragmentorum cofini duodecim 9:18 et factum est cum solus esset orans erant cum illo et discipuli et interrogauit illos dicens quem me dicunt esse turbae 9:19 at illi responderunt et dixerunt Iohannem Baptistam alii autem Heliam alii quia propheta unus de prioribus surrexit 9:20 dixit autem illis uos autem quem me esse dicitis respondens Simon Petrus dixit Christum Dei 9:21 at ille increpans illos praecepit ne cui dicerent hoc 9:22 dicens quia oportet Filium hominis multa pati et reprobari a senioribus et principibus sacerdotum et scribis et occidi et tertia die resurgere 9:23 dicebat autem ad omnes si quis uult post me uenire abneget se ipsum et tollat crucem suam cotidie et sequatur me 9:24 qui enim uoluerit animam suam saluam facere perdet illam nam qui perdiderit animam suam propter me saluam faciet illam 9:25 quid enim proficit homo si lucretur uniuersum mundum se autem ipsum perdat et detrimentum sui faciat 9:26 nam qui me erubuerit et meos sermones hunc Filius hominis erubescet cum uenerit in maiestate sua et Patris et sanctorum angelorum 9:27 dico autem uobis uere sunt aliqui hic stantes qui non gustabunt mortem donec uideant regnum Dei 9:28 factum est autem post haec uerba fere dies octo et adsumpsit Petrum et Iohannem et Iacobum et ascendit in montem ut oraret 9:29 et factum est dum oraret species uultus eius altera et uestitus eius albus refulgens 9:30 et ecce duo uiri loquebantur cum illo erant autem Moses et Helias 9:31 uisi in maiestate et dicebant excessum eius quem completurus erat in Hierusalem 9:32 Petrus uero et qui cum illo grauati erant somno

Euangelium Secundum Lucam

et euigilantes uiderunt maiestatem eius et duos uiros qui stabant cum illo 9:33 et factum est cum discederent ab illo ait Petrus ad Iesum praeceptor bonum est nos hic esse et faciamus tria tabernacula unum tibi et unum Mosi et unum Heliae nesciens quid diceret 9:34 haec autem illo loquente facta est nubes et obumbravit eos et timuerunt intransibilibus illis in nubem 9:35 et uox facta est de nube dicens hic est Filius meus electus ipsum audite 9:36 et dum fieret uox inuentus est Iesus solus et ipsi tacuerunt et nemini dixerunt in illis diebus quicquam ex his quae uiderant 9:37 factum est autem in sequenti die descendentibus illis de monte occurrit illi turba multa 9:38 et ecce uir de turba exclamauit dicens magister obsecro te respice in filium meum quia unicu-
sus est mihi 9:39 et ecce spiritus adprehendit illum et subito clamat et elidit et dissipat eum cum spuma et uix discedit dilanians eum 9:40 et rogauit discipulos tuos ut eicerent illum et non potuerunt 9:41 respondens autem Iesus dixit o generatio infidelis et peruersa usquequo ero apud uos et patiar uos adduc huc filium tuum 9:42 et cum accederet elisit illum daemonium et dissipauit 9:43 et increpauit Iesus spiritum inmundum et sanauit puerum et reddidit illum patri eius 9:44 stupebant autem omnes in magnitudine Dei omnibusque mirantibus in omnibus quae faciebat dixit ad discipulos suos ponite uos in cordibus uestris sermones istos Filius enim hominis futurum est ut tradatur in manus hominum 9:45 at illi ignorabant uerbum istud et erat uelatum ante eos ut non sentirent illud et timebant interrogare eum de hoc uerbo 9:46 intrauit autem cogitatio in eos quis eorum maior esset 9:47 at Iesus uidens cogitationes cordis illorum adprehendens puerum statuit eum secus se 9:48 et ait illis quicumque susceperit puerum istum in nomine meo recipit et quicumque me recipit recipit eum qui me misit nam qui minor est inter omnes uos hic maior est 9:49 res-

9:33 And it came to pass, as they departed from him, Peter said unto Jesus, Master, it is good for us to be here: and let us make three tabernacles; one for thee, and one for Moses, and one for Elias: not knowing what he said.

9:34 While he thus spake, there came a cloud, and overshadowed them: and they feared as they entered into the cloud.

9:35 And there came a voice out of the cloud, saying, This is my beloved Son: hear him.

9:36 And when the voice was past, Jesus was found alone. And they kept it close, and told no man in those days any of those things which they had seen.

9:37 And it came to pass, that on the next day, when they were come down from the hill, much people met him.

9:38 And, behold, a man of the company cried out, saying, Master, I beseech thee, look upon my son: for he is mine only child.

9:39 And, lo, a spirit taketh him, and he suddenly crieth out; and it teareth him that he foameth again, and bruising him hardly departeth from him.

9:40 And I besought thy disciples to cast him out; and they could not.

9:41 And Jesus answering said, O faithless and perverse generation, how long shall I be with you, and suffer you? Bring thy son hither.

9:42 And as he was yet a coming, the devil threw him down, and tare him. And Jesus rebuked the unclean spirit, and healed the child, and delivered him again to his father.

9:43 And they were all amazed at the mighty power of God. But while they wondered every one at all things which Jesus did, he said unto his disciples,

9:44 Let these sayings sink down into your ears: for the Son of man shall be delivered into the hands of men.

9:45 But they understood not this saying, and it was hid from them, that they perceived it not: and they feared to ask him of that saying.

9:46 Then there arose a reasoning among them, which of them should be greatest.

9:47 And Jesus, perceiving the thought of their heart, took a child, and set him by him,

9:48 And said unto them, Whosoever shall receive this child in my name receiveth me: and whosoever shall receive me receiveth him that sent me: for he that is least among you all, the same shall be great.

9:49 And John answered and said, Master, we saw one casting out devils in thy name; and we forbid him, because he followeth not with us.

Biblia Sacra Vulgata

9:50 And Jesus said unto him, Forbid him not: for he that is not against us is for us.

9:51 And it came to pass, when the time was come that he should be received up, he stedfastly set his face to go to Jerusalem,

9:52 And sent messengers before his face: and they went, and entered into a village of the Samaritans, to make ready for him.

9:53 And they did not receive him, because his face was as though he would go to Jerusalem.

9:54 And when his disciples James and John saw this, they said, Lord, wilt thou that we command fire to come down from heaven, and consume them, even as Elias did?

9:55 But he turned, and rebuked them, and said, Ye know not what manner of spirit ye are of.

9:56 For the Son of man is not come to destroy men's lives, but to save them. And they went to another village.

9:57 And it came to pass, that, as they went in the way, a certain man said unto him, Lord, I will follow thee whithersoever thou goest.

9:58 And Jesus said unto him, Foxes have holes, and birds of the air have nests; but the Son of man hath not where to lay his head.

9:59 And he said unto another, Follow me. But he said, Lord, suffer me first to go and bury my father.

9:60 Jesus said unto him, Let the dead bury their dead: but go thou and preach the kingdom of God.

9:61 And another also said, Lord, I will follow thee: but let me first go bid them farewell, which are at home at my house.

9:62 And Jesus said unto him, No man, having put his hand to the plough, and looking back, is fit for the kingdom of God.

10:1 After these things the LORD appointed other seventy also, and sent them two and two before his face into every city and place, whither he himself would come.

10:2 Therefore said he unto them, The harvest truly is great, but the labourers are few: pray ye therefore the Lord of the harvest, that he would send forth labourers into his harvest.

10:3 Go your ways: behold, I send you forth as lambs among wolves.

10:4 Carry neither purse, nor scrip, nor shoes: and salute no man by the way.

10:5 And into whatsoever house ye enter, first say, Peace be to this house.

10:6 And if the son of peace be there, your peace shall rest upon it: if not, it shall turn to you again.

pondens autem Iohannes dixit praeceptor uidimus quendam in nomine tuo eicientem daemonia et prohibuimus eum quia non sequitur nobiscum 9:50 et ait ad illum Iesus nolite prohibere qui enim non est aduersum uos pro uobis est 9:51 factum est autem dum complerentur dies adsumptionis eius et ipse faciem suam firmauit ut iret Hierusalem 9:52 et misit nuntios ante conspectum suum et euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum ut pararent illi 9:53 et non receperunt eum quia facies eius erat euntis Hierusalem 9:54 cum uidissent autem discipuli eius Iacobus et Iohannes dixerunt Domine uis dicimus ut ignis descendat de caelo et consumat illos 9:55 et conuersus increpauit illos 9:56 et abierunt in aliud castellum 9:57 factum est autem ambulanti illis in uia dixit quidam ad illum sequar te quocumque ieris 9:58 et ait illi Iesus uulpes foueas habent et uolucres caeli nidos Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet 9:59 ait autem ad alterum sequere me ille autem dixit Domine per mitte mihi primum ire sepelire patrem meum 9:60 dixitque ei Iesus sine ut mortui sepeliant mortuos suos tu autem uade adnuntia regnum Dei 9:61 et ait alter sequar te Domine sed primum per mitte mihi renuntiare his qui domi sunt 9:62 ait ad illum Iesus nemo mittens manum suam in aratrum et aspiciens retro aptus est regno Dei

10:1 post haec autem designauit Dominus et alios septuaginta duos et misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem et locum quo erat ipse uenturus 10:2 et dicebat illis messis quidem multa operarii autem pauci rogate ergo Dominum messis ut mittat operarios in messem 10:3 ite ecce ego mitto uos sicut agnos inter lupos 10:4 nolite portare sacculum neque peram neque calciamenta et neminem per uiam salutaueritis 10:5 in quamcumque domum intraueritis primum dicite pax huic domui 10:6 et si ibi fuerit filius pacis requiescet super illam pax uestra sin autem ad

Euangelium Secundum Lucam

uos reuertetur 10:7 in eadem autem domo manete edentes et bibentes quae apud illos sunt dignus enim est operarius mercede sua nolite transire de domo in domum 10:8 et in quamcumque ciuitatem intraueritis et susceperint uos manducate quae adponuntur uobis 10:9 et curate infirmos qui in illa sunt et dicite illis adpropinquauit in uos regnum Dei 10:10 in quamcumque ciuitatem intraueritis et non receperint uos exeuntes in plateas eius dicite 10:11 etiam puluerem qui adhesit nobis de ciuitate uestra extergimus in uos tamen hoc scitote quia adpropinquauit regnum Dei 10:12 dico uobis quia Sodomis in die illa remissius erit quam illi ciuitati 10:13 uae tibi Corazain uae tibi Bethsaida quia si in Tyro et Sidone factae fuissent uirtutes quae in uobis factae sunt olim in cilicio et cinere sedentes paeniterent 10:14 uerumtamen Tyro et Sidoni remissius erit in iudicio quam uobis 10:15 et tu Capharnaum usque in caelum exaltata usque ad infernum demergeris 10:16 qui uos audit me audit et qui uos spernit me spernit qui autem me spernit spernit eum qui me misit 10:17 reuersi sunt autem septuaginta duo cum gaudio dicentes Domine etiam daemonia subiciuntur nobis in nomine tuo 10:18 et ait illis uidebam Satanam sicut fulgur de caelo cadentem 10:19 ecce dedi uobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones et supra omnem uirtutem inimici et nihil uobis nocebit 10:20 uerumtamen in hoc nolite gaudere quia spiritus uobis subiciuntur gaudete autem quod nomina uestra scripta sunt in caelis 10:21 in ipsa hora exultauit Spiritu Sancto et dixit confiteor tibi Pater Domine caeli et terrae quod abscondisti haec a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruulis etiam Pater quia sic placuit ante te 10:22 omnia mihi tradita sunt a Patre meo et nemo scit qui sit Filius nisi Pater et qui sit Pater nisi Filius et cui uoluerit Filius reuelare 10:23 et conuersus ad discipulos suos dixit beati oculi qui uident quae uidetis 10:24 dico enim uobis

10:7 And in the same house remain, eating and drinking such things as they give: for the labourer is worthy of his hire. Go not from house to house.

10:8 And into whatsoever city ye enter, and they receive you, eat such things as are set before you:

10:9 And heal the sick that are therein, and say unto them, The kingdom of God is come nigh unto you.

10:10 But into whatsoever city ye enter, and they receive you not, go your ways out into the streets of the same, and say,

10:11 Even the very dust of your city, which cleaveth on us, we do wipe off against you: notwithstanding be ye sure of this, that the kingdom of God is come nigh unto you.

10:12 But I say unto you, that it shall be more tolerable in that day for Sodom, than for that city.

10:13 Woe unto thee, Chorazin! woe unto thee, Bethsaida! for if the mighty works had been done in Tyre and Sidon, which have been done in you, they had a great while ago repented, sitting in sackcloth and ashes.

10:14 But it shall be more tolerable for Tyre and Sidon at the judgment, than for you.

10:15 And thou, Capernaum, which art exalted to heaven, shalt be thrust down to hell.

10:16 He that heareth you heareth me; and he that despiseth you despiseth me; and he that despiseth me despiseth him that sent me.

10:17 And the seventy returned again with joy, saying, Lord, even the devils are subject unto us through thy name.

10:18 And he said unto them, I beheld Satan as lightning fall from heaven.

10:19 Behold, I give unto you power to tread on serpents and scorpions, and over all the power of the enemy: and nothing shall by any means hurt you.

10:20 Notwithstanding in this rejoice not, that the spirits are subject unto you; but rather rejoice, because your names are written in heaven.

10:21 In that hour Jesus rejoiced in spirit, and said, I thank thee, O Father, Lord of heaven and earth, that thou hast hid these things from the wise and prudent, and hast revealed them unto babes: even so, Father; for so it seemed good in thy sight.

10:22 All things are delivered to me of my Father: and no man knoweth who the Son is, but the Father; and who the Father is, but the Son, and he to whom the Son will reveal him.

10:23 And he turned him unto his disciples, and said privately, Blessed are the eyes which see the things that ye see:

10:24 For I tell you, that many prophets and kings have desired to see those things which ye see, and have not seen them; and to hear those things which ye hear, and have not heard them.

Biblia Sacra Vulgata

10:25 And, behold, a certain lawyer stood up, and tempted him, saying, Master, what shall I do to inherit eternal life?

10:26 He said unto him, What is written in the law? how readest thou?

10:27 And he answering said, Thou shalt love the Lord thy God with all thy heart, and with all thy soul, and with all thy strength, and with all thy mind; and thy neighbour as thyself.

10:28 And he said unto him, Thou hast answered right: this do, and thou shalt live.

10:29 But he, willing to justify himself, said unto Jesus, And who is my neighbour?

10:30 And Jesus answering said, A certain man went down from Jerusalem to Jericho, and fell among thieves, which stripped him of his raiment, and wounded him, and departed, leaving him half dead.

10:31 And by chance there came down a certain priest that way: and when he saw him, he passed by on the other side.

10:32 And likewise a Levite, when he was at the place, came and looked on him, and passed by on the other side.

10:33 But a certain Samaritan, as he journeyed, came where he was: and when he saw him, he had compassion on him.

10:34 And went to him, and bound up his wounds, pouring in oil and wine, and set him on his own beast, and brought him to an inn, and took care of him.

10:35 And on the morrow when he departed, he took out two pence, and gave them to the host, and said unto him, Take care of him; and whatsoever thou spendest more, when I come again, I will repay thee.

10:36 Which now of these three, thinkest thou, was neighbour unto him that fell among the thieves?

10:37 And he said, He that shewed mercy on him. Then said Jesus unto him, Go, and do thou likewise.

10:38 Now it came to pass, as they went, that he entered into a certain village: and a certain woman named Martha received him into her house.

10:39 And she had a sister called Mary, which also sat at Jesus' feet, and heard his word.

10:40 But Martha was cumbered about much serving, and came to him, and said, Lord, dost thou not care that my sister hath left me to serve alone? bid her therefore that she help me.

10:41 And Jesus answered and said unto her, Martha, Martha, thou art careful and troubled about many things:

quod multi prophetae et reges uoluerunt uidere quae uo-
detis et non uiderunt et audire quae auditis et non audierunt
10:25 et ecce quidam legis peritus surrexit temptans illum
et dicens magister quid faciendo uitam aeternam possidebo
10:26 at ille dixit ad eum in lege quid scriptum est quomodo
legis 10:27 ille respondens dixit diliges Dominum Deum
tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex omnibus
uiribus tuis et ex omni mente tua et proximum tuum sic-
ut te ipsum 10:28 dixitque illi recte respondisti hoc fac et
uiues 10:29 ille autem uolens iustificare se ipsum dixit ad
Iesum et quis est meus proximus 10:30 suscipiens autem
Iesus dixit homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hie-
richo et incidit in latrones qui etiam despoliauerunt eum et
plagis inpositis abierunt semiuiuo relicto 10:31 accidit au-
tem ut sacerdos quidam descenderet eadem uia et uiso illo
praeteriuit 10:32 similiter et Leuita cum esset secus locum
et uideret eum pertransiit 10:33 Samaritanus autem quidam
iter faciens uenit secus eum et uidens eum misericordia mo-
tus est 10:34 et adpropians alligauit uulnera eius infundens
oleum et uinum et inponens illum in iumentum suum duxit in
stabulum et curam eius egit 10:35 et altera die protulit duos
denarios et dedit stabulario et ait curam illius habe et quod-
cumque supererogaueris ego cum rediuro reddam tibi 10:36
quis horum trium uidetur tibi proximus fuisse illi qui incidit
in latrones 10:37 at ille dixit qui fecit misericordiam in il-
lum et ait illi Iesus uade et tu fac similiter 10:38 factum est
autem dum irent et ipse intrauit in quoddam castellum et mu-
lier quaedam Martha nomine excepit illum in domum suam
10:39 et huic erat soror nomine Maria quae etiam sedens se-
cus pedes Domini audiebat uerbum illius 10:40 Martha au-
tem satagebat circa frequens ministerium quae stetit et ait
Domine non est tibi curae quod soror mea reliquit me solam
ministrare dic ergo illi ut me adiuuet 10:41 et respondens

Euangelium Secundum Lucam

dixit illi Dominus Martha Martha sollicita es et turbaris erga plurima 10:42 porro unum est necessarium Maria optimam partem elegit quae non auferetur ab ea

10:42 But one thing is needful: and Mary hath chosen that good part, which shall not be taken away from her.

11:1 et factum est cum esset in loco quodam orans ut cessavit dixit unus ex discipulis eius ad eum Domine doce nos orare sicut et Iohannes docuit discipulos suos 11:2 et ait illis cum oratis dicite Pater sanctificetur nomen tuum adueniat regnum tuum 11:3 panem nostrum cotidianum da nobis cotidie 11:4 et dimitte nobis peccata nostra siquidem et ipsi dimittimus omni debenti nobis et ne nos inducas in temptationem 11:5 et ait ad illos quis uestrum habebit amicum et ibit ad illum media nocte et dicit illi amice commoda mihi tres panes 11:6 quoniam amicus meus uenit de uia ad me et non habeo quod ponam ante illum 11:7 et ille de intus respondens dicat noli mihi molestus esse iam ostium clausum est et pueri mei mecum sunt in cubili non possum surgere et dare tibi 11:8 dico uobis et si non dabit illi surgens eo quod amicus eius sit propter improbitatem tamen eius surget et dabit illi quotquot habet necessarios 11:9 et ego uobis dico petite et dabitur uobis quaerite et inuenietis pulsate et aperietur uobis 11:10 omnis enim qui petit accipit et qui quaerit inuenit et pulsanti aperietur 11:11 quis autem ex uobis patrem petet panem numquid lapidem dabit illi aut piscem numquid pro pisce serpentem dabit illi 11:12 aut si petierit ouum numquid porriget illi scorpionem 11:13 si ergo uos cum sitis mali nostis bona data dare filiis uestris quanto magis Pater uester de caelo dabit spiritum bonum petentibus se 11:14 et erat eiciens daemonium et illud erat mutum et cum eiecisset daemonium locutus est mutus et admiratae sunt turbae 11:15 quidam autem ex eis dixerunt in Beelzebub principe daemoniorum eicit daemonia 11:16 et alii temptantes signum de caelo quaerebant ab eo 11:17 ipse autem ut uidit cogitationes eorum dixit eis omne regnum in se ipsum diui-

11:1 And it came to pass, that, as he was praying in a certain place, when he ceased, one of his disciples said unto him, Lord, teach us to pray, as John also taught his disciples.

11:2 And he said unto them, When ye pray, say, Our Father which art in heaven, Hallowed be thy name. Thy kingdom come. Thy will be done, as in heaven, so in earth.

11:3 Give us day by day our daily bread.

11:4 And forgive us our sins; for we also forgive every one that is indebted to us. And lead us not into temptation; but deliver us from evil.

11:5 And he said unto them, Which of you shall have a friend, and shall go unto him at midnight, and say unto him, Friend, lend me three loaves;

11:6 For a friend of mine in his journey is come to me, and I have nothing to set before him?

11:7 And he from within shall answer and say, Trouble me not: the door is now shut, and my children are with me in bed; I cannot rise and give thee.

11:8 I say unto you, Though he will not rise and give him, because he is his friend, yet because of his importunity he will rise and give him as many as he needeth.

11:9 And I say unto you, Ask, and it shall be given you; seek, and ye shall find; knock, and it shall be opened unto you.

11:10 For every one that asketh receiveth; and he that seeketh findeth; and to him that knocketh it shall be opened.

11:11 If a son shall ask bread of any of you that is a father, will he give him a stone? or if he ask a fish, will he for a fish give him a serpent?

11:12 Or if he shall ask an egg, will he offer him a scorpion?

11:13 If ye then, being evil, know how to give good gifts unto your children: how much more shall your heavenly Father give the Holy Spirit to them that ask him?

11:14 And he was casting out a devil, and it was dumb. And it came to pass, when the devil was gone out, the dumb spake; and the people wondered.

11:15 But some of them said, He casteth out devils through Beelzebub the chief of the devils.

11:16 And others, tempting him, sought of him a sign from heaven.

11:17 But he, knowing their thoughts, said unto them, Every kingdom divided against itself is brought to desolation; and a house divided against a house falleth.

Biblia Sacra Vulgata

11:18 If Satan also be divided against himself, how shall his kingdom stand? because ye say that I cast out devils through Beelzebub.

11:19 And if I by Beelzebub cast out devils, by whom do your sons cast them out? therefore shall they be your judges.

11:20 But if I with the finger of God cast out devils, no doubt the kingdom of God is come upon you.

11:21 When a strong man armed keepeth his palace, his goods are in peace:

11:22 But when a stronger than he shall come upon him, and overcome him, he taketh from him all his armour wherein he trusted, and divideth his spoils.

11:23 He that is not with me is against me: and he that gathereth not with me scattereth.

11:24 When the unclean spirit is gone out of a man, he walketh through dry places, seeking rest; and finding none, he saith, I will return unto my house whence I came out.

11:25 And when he cometh, he findeth it swept and garnished.

11:26 Then goeth he, and taketh to him seven other spirits more wicked than himself; and they enter in, and dwell there: and the last state of that man is worse than the first.

11:27 And it came to pass, as he spake these things, a certain woman of the company lifted up her voice, and said unto him, Blessed is the womb that bare thee, and the paps which thou hast sucked.

11:28 But he said, Yea rather, blessed are they that hear the word of God, and keep it.

11:29 And when the people were gathered thick together, he began to say, This is an evil generation: they seek a sign; and there shall no sign be given it, but the sign of Jonas the prophet.

11:30 For as Jonas was a sign unto the Ninevites, so shall also the Son of man be to this generation.

11:31 The queen of the south shall rise up in the judgment with the men of this generation, and condemn them: for she came from the utmost parts of the earth to hear the wisdom of Solomon; and, behold, a greater than Solomon is here.

11:32 The men of Nineve shall rise up in the judgment with this generation, and shall condemn it: for they repented at the preaching of Jonas; and, behold, a greater than Jonas is here.

11:33 No man, when he hath lighted a candle, putteth it in a secret place, neither under a bushel, but on a candlestick, that they which come in may see the light.

11:34 The light of the body is the eye: therefore when thine eye is single, thy whole body also is full of light; but when thine eye is evil, thy body also is full of darkness.

sum desolatur et domus supra domum cadet 11:18 si autem et Satanus in se ipsum diuisus est quomodo stabit regnum ipsius quia dicitis in Beelzebub eicere me daemonia 11:19 si autem ego in Beelzebub eicio daemonia filii uestri in quo eiciunt ideo ipsi iudices uestri erunt 11:20 porro si in digito Dei eicio daemonia profecto praeuenit in uos regnum Dei 11:21 cum fortis armatus custodit atrium suum in pace sunt ea quae possidet 11:22 si autem fortior illo superueniens uicerit eum uniuersa arma eius aufert in quibus confidebat et spolia eius distribuit 11:23 qui non est mecum aduersum me est et qui non colligit mecum dispergit 11:24 cum immundus spiritus exierit de homine perambulatur per loca inaquosa quaerens requiem et non inueniens dicit reuertar in domum meam unde exiui 11:25 et cum uenerit inuenit scopis mundatam 11:26 et tunc uadit et adsumit septem alios spiritus nequiores se et ingressi habitant ibi et sunt nouissima hominis illius peiora prioribus 11:27 factum est autem cum haec diceret extollens uocem quaedam mulier de turba dixit illi beatus uenter qui te portauit et ubera quae suxisti 11:28 at ille dixit quippini beati qui audiunt uerbum Dei et custodiunt 11:29 turbis autem concurrentibus coepit dicere generatio haec generatio nequam est signum quaerit et signum non dabitur illi nisi signum Ioniae 11:30 nam sicut Ionas fuit signum Nineuitis ita erit et Filius hominis generationi isti 11:31 regina austri surget in iudicio cum uiris generationis huius et condemnabit illos quia uenit a finibus terrae audire sapientiam Salomonis et ecce plus Salomone hic 11:32 uiri nineuitae surgent in iudicio cum generatione hac et condemnabunt illam quia paenitentiam egerunt ad praedicationem Ioniae et ecce plus Iona hic 11:33 nemo lucernam accendit et in abscondito ponit neque sub modio sed supra candelabrum ut qui ingrediuntur lumen uideant 11:34 lucerna corporis tui est oculus tuus si oculus tuus fuerit simplex totum

Euangelium Secundum Lucam

corpus tuum lucidum erit si autem nequam fuerit etiam corpus tuum tenebrosum erit 11:35 uide ergo ne lumen quod in te est tenebrae sint 11:36 si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit non habens aliquam partem tenebrarum erit lucidum totum et sicut lucerna fulgoris inluminabit te 11:37 et cum loqueretur rogauit illum quidam Pharisaeus ut pranderet apud se et ingressus recubuit 11:38 Pharisaeus autem coepit intra se reputans dicere quare non baptizatus esset ante prandium 11:39 et ait Dominus ad illum nunc uos Pharisaei quod de foris est calicis et catini mundatis quod autem intus est uestrum plenum est rapina et iniquitate 11:40 stulti nonne qui fecit quod de foris est etiam id quod de intus est fecit 11:41 uerumtamen quod superest date elemosynam et ecce omnia munda sunt uobis 11:42 sed uae uobis Pharisaeis quia decimatis mentam et rutam et omne holus et praeteritis iudicium et caritatem Dei haec autem oportuit facere et illa non omittere 11:43 uae uobis Pharisaeis quia diligitis primas cathedras in synagogis et salutationes in foro 11:44 uae uobis quia estis ut monumenta quae non parent et homines ambulantes supra nesciunt 11:45 respondens autem quidam ex legis peritis ait illi magister haec dicens etiam nobis contumeliam facis 11:46 at ille ait et uobis legis peritis uae quia oneratis homines oneribus quae portari non possunt et ipsi uno digito uestro non tangitis sarcinas 11:47 uae uobis quia aedificatis monumenta prophetarum patres autem uestri occiderunt illos 11:48 profecto testificamini quod consentitis operibus patrum uestrorum quoniam quidem ipsi eos occiderunt uos autem aedificatis eorum sepulchra 11:49 propterea et sapientia Dei dixit mittam ad illos prophetas et apostolos et ex illis occident et persequentur 11:50 ut inquiratur sanguis omnium prophetarum qui effusus est a constitutione mundi a generatione ista 11:51 a sanguine Abel usque ad sanguinem Zacchariae qui periit inter altare et aedem ita dico

11:35 Take heed therefore that the light which is in thee be not darkness.

11:36 If thy whole body therefore be full of light, having no part dark, the whole shall be full of light, as when the bright shining of a candle doth give thee light.

11:37 And as he spake, a certain Pharisee besought him to dine with him: and he went in, and sat down to meat.

11:38 And when the Pharisee saw it, he marvelled that he had not first washed before dinner.

11:39 And the Lord said unto him, Now do ye Pharisees make clean the outside of the cup and the platter; but your inward part is full of ravening and wickedness.

11:40 Ye fools, did not he that made that which is without make that which is within also?

11:41 But rather give alms of such things as ye have; and, behold, all things are clean unto you.

11:42 But woe unto you, Pharisees! for ye tithe mint and rue and all manner of herbs, and pass over judgment and the love of God: these ought ye to have done, and not to leave the other undone.

11:43 Woe unto you, Pharisees! for ye love the uppermost seats in the synagogues, and greetings in the markets.

11:44 Woe unto you, scribes and Pharisees, hypocrites! for ye are as graves which appear not, and the men that walk over them are not aware of them.

11:45 Then answered one of the lawyers, and said unto him, Master, thus saying thou reproachest us also.

11:46 And he said, Woe unto you also, ye lawyers! for ye lade men with burdens grievous to be borne, and ye yourselves touch not the burdens with one of your fingers.

11:47 Woe unto you! for ye build the sepulchres of the prophets, and your fathers killed them.

11:48 Truly ye bear witness that ye allow the deeds of your fathers: for they indeed killed them, and ye build their sepulchres.

11:49 Therefore also said the wisdom of God, I will send them prophets and apostles, and some of them they shall slay and persecute:

11:50 That the blood of all the prophets, which was shed from the foundation of the world, may be required of this generation;

11:51 From the blood of Abel unto the blood of Zacharias which perished between the altar and the temple: verily I say unto you, It shall be required of this generation.

Biblia Sacra Vulgata

11:52 Woe unto you, lawyers! for ye have taken away the key of knowledge: ye entered not in yourselves, and them that were entering in ye hindered.

11:53 And as he said these things unto them, the scribes and the Pharisees began to urge him vehemently, and to provoke him to speak of many things:

11:54 Laying wait for him, and seeking to catch something out of his mouth, that they might accuse him.

12:1 In the mean time, when there were gathered together an innumerable multitude of people, insomuch that they trode one upon another, he began to say unto his disciples first of all, Beware ye of the leaven of the Pharisees, which is hypocrisy.

12:2 For there is nothing covered, that shall not be revealed; neither hid, that shall not be known.

12:3 Therefore whatsoever ye have spoken in darkness shall be heard in the light; and that which ye have spoken in the ear in closets shall be proclaimed upon the housetops.

12:4 And I say unto you my friends, Be not afraid of them that kill the body, and after that have no more that they can do.

12:5 But I will forewarn you whom ye shall fear: Fear him, which after he hath killed hath power to cast into hell; yea, I say unto you, Fear him.

12:6 Are not five sparrows sold for two farthings, and not one of them is forgotten before God?

12:7 But even the very hairs of your head are all numbered. Fear not therefore: ye are of more value than many sparrows.

12:8 Also I say unto you, Whosoever shall confess me before men, him shall the Son of man also confess before the angels of God:

12:9 But he that denieth me before men shall be denied before the angels of God.

12:10 And whosoever shall speak a word against the Son of man, it shall be forgiven him: but unto him that blasphemeth against the Holy Ghost it shall not be forgiven.

12:11 And when they bring you unto the synagogues, and unto magistrates, and powers, take ye no thought how or what thing ye shall answer, or what ye shall say:

12:12 For the Holy Ghost shall teach you in the same hour what ye ought to say.

12:13 And one of the company said unto him, Master, speak to my brother, that he divide the inheritance with me.

12:14 And he said unto him, Man, who made me a judge or a divider over you?

12:15 And he said unto them, Take heed, and beware of covetousness: for a man's life consisteth not in the abundance of the things which he possesseth.

uobis requiretur ab hac generatione 11:52 uae uobis legis peritis quia tulistis clauem scientiae ipsi non introistis et eos qui introibant prohibuistis 11:53 cum haec ad illos diceret coeperunt Phariseaei et legis periti grauiter insistere et os eius opprimere de multis 11:54 insidiantes et quaerentes capere aliquid ex ore eius ut accusarent eum

12:1 multis autem turbis circumstantibus ita ut se inuicem conculcarent coepit dicere ad discipulos suos attendite a fermento Pharisaeorum quae est hypocrisis 12:2 nihil autem opertum est quod non reueletur neque absconditum quod non sciatur 12:3 quoniam quae in tenebris dixistis in lumine dicentur et quod in aurem locuti estis in cubiculis praedicabitur in tectis 12:4 dico autem uobis amicis meis ne terreamini ab his qui occidunt corpus et post haec non habent amplius quod faciant 12:5 ostendam autem uobis quem timeatis timete eum qui postquam occiderit habet potestatem mittere in gehennam ita dico uobis hunc timete 12:6 nonne quinque passerres ueneunt dipundio et unus ex illis non est in obliuione coram Deo 12:7 sed et capilli capitis uestri omnes numerati sunt nolite ergo timere multis passeribus pluris estis 12:8 dico autem uobis omnis quicumque confessus fuerit in me coram hominibus et Filius hominis confitebitur in illo coram angelis Dei 12:9 qui autem negauerit me coram hominibus denegabitur coram angelis Dei 12:10 et omnis qui dicit uerbum in Filium hominis remittetur illi ei autem qui in Spiritum Sanctum blasphemauerit non remittetur 12:11 cum autem inducent uos in synagogas et ad magistratus et potestates nolite solliciti esse qualiter aut quid respondeatis aut quid dicatis 12:12 Spiritus enim Sanctus docebit uos in ipsa hora quae oporteat dicere 12:13 ait autem quidam ei de turba magister dic fratri meo ut diuidat mecum hereditatem 12:14 at ille dixit ei homo quis me constituit iudicem aut diuisorem super uos 12:15 dixitque ad illos uidete et ca-

Euangelium Secundum Lucam

uete ab omni auaritia quia non in abundantia cuiusquam uita eius est ex his quae possidet 12:16 dixit autem similitudinem ad illos dicens hominis cuiusdam diuitis uberes fructus ager adtulit 12:17 et cogitabat intra se dicens quid faciam quod non habeo quo congregem fructus meos 12:18 et dixit hoc faciam destruam horrea mea et maiora faciam et illuc congregabo omnia quae nata sunt mihi et bona mea 12:19 et dicam animae meae anima habes multa bona posita in annos plurimos requiesce comede bibe epulare 12:20 dixit autem illi Deus stulte hac nocte animam tuam repetunt a te quae autem parasti cuius erunt 12:21 sic est qui sibi thesaurizat et non est in Deum diues 12:22 dixitque ad discipulos suos ideo dico uobis nolite solliciti esse animae quid manducetis neque corpori quid uestiamini 12:23 anima plus est quam esca et corpus quam uestimentum 12:24 considerate coruos quia non seminant neque metunt quibus non est cellarium neque horreum et Deus pascit illos quanto magis uos pluris estis illis 12:25 quis autem uestrum cogitando potest adicere ad staturam suam cubitum unum 12:26 si ergo neque quod minimum est potestis quid de ceteris solliciti estis 12:27 considerate lilia quomodo crescunt non laborant non nent dico autem uobis nec Salomon in omni gloria sua uestiebatur sicut unum ex istis 12:28 si autem faenum quod hodie in agro est et cras in clibanum mittitur Deus sic uestit quanto magis uos pusillae fidei 12:29 et uos nolite quaerere quid manducetis aut quid bibatis et nolite in sublime tolli 12:30 haec enim omnia gentes mundi quaerunt Pater autem uester scit quoniam his indigetis 12:31 uerumtamen quaerite regnum Dei et haec omnia adicientur uobis 12:32 nolite timere pusillus grex quia conplacuit Patri uestro dare uobis regnum 12:33 uendite quae possidetis et date elemosynam facite uobis sacculos qui non ueterescunt thesaurum non deficientem in caelis quo fur non adpropriet neque ti-

12:16 And he spake a parable unto them, saying, The ground of a certain rich man brought forth plentifully:

12:17 And he thought within himself, saying, What shall I do, because I have no room where to bestow my fruits?

12:18 And he said, This will I do: I will pull down my barns, and build greater; and there will I bestow all my fruits and my goods.

12:19 And I will say to my soul, Soul, thou hast much goods laid up for many years; take thine ease, eat, drink, and be merry.

12:20 But God said unto him, Thou fool, this night thy soul shall be required of thee: then whose shall those things be, which thou hast provided?

12:21 So is he that layeth up treasure for himself, and is not rich toward God.

12:22 And he said unto his disciples, Therefore I say unto you, Take no thought for your life, what ye shall eat; neither for the body, what ye shall put on.

12:23 The life is more than meat, and the body is more than raiment.

12:24 Consider the ravens: for they neither sow nor reap; which neither have storehouse nor barn; and God feedeth them: how much more are ye better than the fowls?

12:25 And which of you with taking thought can add to his stature one cubit?

12:26 If ye then be not able to do that thing which is least, why take ye thought for the rest?

12:27 Consider the lilies how they grow: they toil not, they spin not; and yet I say unto you, that Solomon in all his glory was not arrayed like one of these.

12:28 If then God so clothe the grass, which is to day in the field, and to morrow is cast into the oven; how much more will he clothe you, O ye of little faith?

12:29 And seek not ye what ye shall eat, or what ye shall drink, neither be ye of doubtful mind.

12:30 For all these things do the nations of the world seek after: and your Father knoweth that ye have need of these things.

12:31 But rather seek ye the kingdom of God; and all these things shall be added unto you.

12:32 Fear not, little flock; for it is your Father's good pleasure to give you the kingdom.

12:33 Sell that ye have, and give alms; provide yourselves bags which wax not old, a treasure in the heavens that faileth not, where no thief approacheth, neither moth corrupteth.

Biblia Sacra Vulgata

12:34 For where your treasure is, there will your heart be also.

12:35 Let your loins be girded about, and your lights burning:

12:36 And ye yourselves like unto men that wait for their lord, when he will return from the wedding: that when he cometh and knocketh, they may open unto him immediately.

12:37 Blessed are those servants, whom the lord when he cometh shall find watching: verily I say unto you, that he shall gird himself, and make them to sit down to meat, and will come forth and serve them.

12:38 And if he shall come in the second watch, or come in the third watch, and find them so, blessed are those servants.

12:39 And this know, that if the goodman of the house had known what hour the thief would come, he would have watched, and not have suffered his house to be broken through.

12:40 Be ye therefore ready also: for the Son of man cometh at an hour when ye think not.

12:41 Then Peter said unto him, Lord, speakest thou this parable unto us, or even to all?

12:42 And the Lord said, Who then is that faithful and wise steward, whom his lord shall make ruler over his household, to give them their portion of meat in due season?

12:43 Blessed is that servant, whom his lord when he cometh shall find so doing.

12:44 Of a truth I say unto you, that he will make him ruler over all that he hath.

12:45 But and if that servant say in his heart, My lord delayeth his coming; and shall begin to beat the menservants and maidens, and to eat and drink, and to be drunken;

12:46 The lord of that servant will come in a day when he looketh not for him, and at an hour when he is not aware, and will cut him in sunder, and will appoint him his portion with the unbelievers.

12:47 And that servant, which knew his lord's will, and prepared not himself, neither did according to his will, shall be beaten with many stripes.

12:48 But he that knew not, and did commit things worthy of stripes, shall be beaten with few stripes. For unto whomsoever much is given, of him shall be much required: and to whom men have committed much, of him they will ask the more.

12:49 I am come to send fire on the earth; and what will I, if it be already kindled?

12:50 But I have a baptism to be baptized with; and how am I straitened till it be accomplished!

12:51 Suppose ye that I am come to give peace on earth? I tell you, Nay; but rather division:

12:52 For from henceforth there shall be five in one house divided, three against two, and two against three.

nea corrumpit 12:34 ubi enim thesaurus uester est ibi et cor
uestrum erit 12:35 sint lumbi uestri praecincti et lucernae
ardentes 12:36 et uos similes hominibus expectantibus do-
minum suum quando reuertatur a nuptiis ut cum uenerit et
pulsauerit confestim aperiant ei 12:37 beati serui illi quos
cum uenerit dominus inuenerit uigilantes amen dico uobis
quod praecinet se et faciet illos discumbere et transiens
ministrabit illis 12:38 et si uenerit in secunda uigilia et si
in tertia uigilia uenerit et ita inuenerit beati sunt serui illi
12:39 hoc autem scitote quia si sciret pater familias qua hora
fur ueniret uigilaret utique et non sineret perfodiri domum
suam 12:40 et uos estote parati quia qua hora non putatis
Filius hominis uenit 12:41 ait autem ei Petrus Domine ad
nos dicis hanc parabolam an et ad omnes 12:42 dixit autem
Dominus quis putas est fidelis dispensator et prudens quem
constituet dominus super familiam suam ut det illis in tem-
pore tritici mensuram 12:43 beatus ille seruus quem cum
uenerit dominus inuenerit ita facientem 12:44 uere dico uo-
bis quia supra omnia quae possidet constituet illum 12:45
quod si dixerit seruus ille in corde suo moram facit domi-
nus meus uenire et coeperit percutere pueros et ancillas et
edere et bibere et inebriari 12:46 ueniet dominus serui il-
lius in die qua non sperat et hora qua nescit et diuidet eum
partemque eius cum infidelibus ponet 12:47 ille autem ser-
uus qui cognouit uoluntatem domini sui et non praeparauit et
non fecit secundum uoluntatem eius uapulabit multas 12:48
qui autem non cognouit et fecit digna plagis uapulabit paucis
omni autem cui multum datum est multum quaeretur ab eo
et cui commendauerunt multum plus petent ab eo 12:49 ig-
nem ueni mittere in terram et quid uolo si accendatur 12:50
baptisma autem habeo baptizari et quomodo coartor usque
dum perficiatur 12:51 putatis quia pacem ueni dare in ter-
ram non dico uobis sed separationem 12:52 erunt enim ex

Euangelium Secundum Lucam

hoc quinque in domo una diuisi tres in duo et duo in tres
12:53 diuidentur pater in filium et filius in patrem suum mater in filiam et filia in matrem socrus in nurum suam et nurus in socrum suam 12:54 dicebat autem et ad turbas cum uideritis nubem orientem ab occasu statim dicitis nimbus uenit et ita fit 12:55 et cum austrum flantem dicitis quia aestus erit et fit 12:56 hypocritae faciem terrae et caeli nostis probare hoc autem tempus quomodo non probatis 12:57 quid autem et a uobis ipsis non iudicatis quod iustum est 12:58 cum autem uadis cum aduersario tuo ad principem in uia da operam liberari ab illo ne forte trahat te apud iudicem et iudex tradat te exactori et exactor mittat te in carcerem 12:59 dico tibi non exies inde donec etiam nouissimum minutum reddas

13:1 aderant autem quidam ipso in tempore nuntiantes illi de Galilaeis quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificiis eorum 13:2 et respondens dixit illis putatis quod hii Galilaei prae omnibus Galilaeis peccatores fuerunt quia talia passi sunt 13:3 non dico uobis sed nisi paenitentiam habueritis omnes similiter peribitis 13:4 sicut illi decem et octo supra quos cecidit turris in Siloam et occidit eos putatis quia et ipsi debitores fuerunt praeter omnes homines habitantes in Hierusalem 13:5 non dico uobis sed si non paenitentiam egeritis omnes similiter peribitis 13:6 dicebat autem hanc similitudinem arborem fici habebat quidam plantatam in uinea sua et uenit quaerens fructum in illa et non inuenit 13:7 dixit autem ad cultorem uineae ecce anni tres sunt ex quo uenio quaerens fructum in ficulnea hac et non inuenio succide ergo illam ut quid etiam terram occupat 13:8 at ille respondens dixit illi domine dimitte illam et hoc anno usque dum fodiam circa illam et mittam stercora 13:9 et si quidem fecerit fructum sin autem in futurum succides eam 13:10 erat autem docens in synagoga eorum sabbatis 13:11 et ecce mulier quae habebat spiritum infirmitatis annis de-

12:53 The father shall be divided against the son, and the son against the father; the mother against the daughter, and the daughter against the mother; the mother in law against her daughter in law, and the daughter in law against her mother in law.

12:54 And he said also to the people, When ye see a cloud rise out of the west, straightway ye say, There cometh a shower; and so it is.

12:55 And when ye see the south wind blow, ye say, There will be heat; and it cometh to pass.

12:56 Ye hypocrites, ye can discern the face of the sky and of the earth; but how is it that ye do not discern this time?

12:57 Yea, and why even of yourselves judge ye not what is right?

12:58 When thou goest with thine adversary to the magistrate, as thou art in the way, give diligence that thou mayest be delivered from him; lest he hale thee to the judge, and the judge deliver thee to the officer, and the officer cast thee into prison.

12:59 I tell thee, thou shalt not depart thence, till thou hast paid the very last mite.

13:1 There were present at that season some that told him of the Galilaeans, whose blood Pilate had mingled with their sacrifices.

13:2 And Jesus answering said unto them, Suppose ye that these Galilaeans were sinners above all the Galilaeans, because they suffered such things?

13:3 I tell you, Nay: but, except ye repent, ye shall all likewise perish.

13:4 Or those eighteen, upon whom the tower in Siloam fell, and slew them, think ye that they were sinners above all men that dwelt in Jerusalem?

13:5 I tell you, Nay: but, except ye repent, ye shall all likewise perish.

13:6 He spake also this parable; A certain man had a fig tree planted in his vineyard; and he came and sought fruit thereon, and found none.

13:7 Then said he unto the dresser of his vineyard, Behold, these three years I come seeking fruit on this fig tree, and find none: cut it down; why cumbereth it the ground?

13:8 And he answering said unto him, Lord, let it alone this year also, till I shall dig about it, and dung it:

13:9 And if it bear fruit, well: and if not, then after that thou shalt cut it down.

13:10 And he was teaching in one of the synagogues on the sabbath.

13:11 And, behold, there was a woman which had a spirit of infirmity eighteen years, and was bowed together, and could in no wise lift up herself.

Biblia Sacra Vulgata

13:12 And when Jesus saw her, he called her to him, and said unto her, Woman, thou art loosed from thine infirmity.

13:13 And he laid his hands on her: and immediately she was made straight, and glorified God.

13:14 And the ruler of the synagogue answered with indignation, because that Jesus had healed on the sabbath day, and said unto the people, There are six days in which men ought to work: in them therefore come and be healed, and not on the sabbath day.

13:15 The Lord then answered him, and said, Thou hypocrite, doth not each one of you on the sabbath loose his ox or his ass from the stall, and lead him away to watering?

13:16 And ought not this woman, being a daughter of Abraham, whom Satan hath bound, lo, these eighteen years, be loosed from this bond on the sabbath day?

13:17 And when he had said these things, all his adversaries were ashamed: and all the people rejoiced for all the glorious things that were done by him.

13:18 Then said he, Unto what is the kingdom of God like? and whereunto shall I resemble it?

13:19 It is like a grain of mustard seed, which a man took, and cast into his garden; and it grew, and waxed a great tree; and the fowls of the air lodged in the branches of it.

13:20 And again he said, Whereunto shall I liken the kingdom of God?

13:21 It is like leaven, which a woman took and hid in three measures of meal, till the whole was leavened.

13:22 And he went through the cities and villages, teaching, and journeying toward Jerusalem.

13:23 Then said one unto him, Lord, are there few that be saved? And he said unto them,

13:24 Strive to enter in at the strait gate: for many, I say unto you, will seek to enter in, and shall not be able.

13:25 When once the master of the house is risen up, and hath shut to the door, and ye begin to stand without, and to knock at the door, saying, Lord, Lord, open unto us: and he shall answer and say unto you, I know you not whence ye are:

13:26 Then shall ye begin to say, We have eaten and drunk in thy presence, and thou hast taught in our streets.

13:27 But he shall say, I tell you, I know you not whence ye are; depart from me, all ye workers of iniquity.

13:28 There shall be weeping and gnashing of teeth, when ye shall see Abraham, and Isaac, and Jacob, and all the prophets, in the kingdom of God, and you yourselves thrust out.

cem et octo et erat inclinata nec omnino poterat sursum respicere 13:12 quam cum uideret Iesus uocauit ad se et ait illi mulier dimissa es ab infirmitate tua 13:13 et inposuit illi manus et confestim erecta est et glorificabat Deum 13:14 respondens autem archisynagogus indignans quia sabbato curasset Iesus dicebat turbae sex dies sunt in quibus oportet operari in his ergo uenite et curamini et non in die sabbati 13:15 respondit autem ad illum Dominus et dixit hypocritae unusquisque uestrum sabbato non soluit bouem suum aut asinum a praeseptio et ducit adquare 13:16 hanc autem filiam Abrahae quam alligauit Satanas ecce decem et octo annis non oportuit solui a uinculo isto die sabbati 13:17 et cum haec diceret erubescabant omnes aduersarii eius et omnis populus gaudebat in uniuersis quae gloriose fiebant ab eo 13:18 dicebat ergo cui simile est regnum Dei et cui simile esse existimabo illud 13:19 simile est grano sinapis quod acceptum homo misit in hortum suum et creuit et factum est in arborem magnam et uolucres caeli requieuerunt in ramis eius 13:20 et iterum dixit cui simile aestimabo regnum Dei 13:21 simile est fermento quod acceptum mulier abscondit in farinae sata tria donec fermentaretur totum 13:22 et ibat per ciuitates et castella docens et iter faciens in Hierusalem 13:23 ait autem illi quidam Domine si pauci sunt qui saluantur ipse autem dixit ad illos 13:24 contendite intrare per angustam portam quia multi dico uobis quaerunt intrare et non poterunt 13:25 cum autem intrauerit pater familias et cluserit ostium et incipietis foris stare et pulsare ostium dicentes Domine aperi nobis et respondens dicet uobis nescio uos unde sitis 13:26 tunc incipietis dicere manducauimus coram te et bibimus et in plateis nostris docuisti 13:27 et dicet uobis nescio uos unde sitis discedite a me omnes operarii iniquitatis 13:28 ibi erit fletus et stridor dentium cum uideritis Abraham et Isaac et Iacob et omnes prophetas in re-

Euangelium Secundum Lucam

gno Dei uos autem expelli foras 13:29 et uenient ab oriente et occidente et aquilone et austro et accumbent in regno Dei 13:30 et ecce sunt nouissimi qui erunt primi et sunt primi qui erunt nouissimi 13:31 in ipsa die accesserunt quidam Pharisaeorum dicentes illi exi et uade hinc quia Herodes uult te occidere 13:32 et ait illis ite dicite uulpi illi ecce eicio daemonia et sanitates perficio hodie et cras et tertia consummor 13:33 uerumtamen oportet me hodie et cras et sequenti ambulare quia non capit prophetam perire extra Hierusalem 13:34 Hierusalem Hierusalem quae occidis prophetas et lapidas eos qui mittuntur ad te quotiens uolui congregare filios tuos quemadmodum auis nidum suum sub pinnis et noluisti 13:35 ecce relinquitur uobis domus uestra dico autem uobis quia non uidebitis me donec ueniat cum dicetis benedictus qui uenit in nomine Domini

13:29 And they shall come from the east, and from the west, and from the north, and from the south, and shall sit down in the kingdom of God.

13:30 And, behold, there are last which shall be first, and there are first which shall be last.

13:31 The same day there came certain of the Pharisees, saying unto him, Get thee out, and depart hence: for Herod will kill thee.

13:32 And he said unto them, Go ye, and tell that fox, Behold, I cast out devils, and I do cures to day and to morrow, and the third day I shall be perfected.

13:33 Nevertheless I must walk to day, and to morrow, and the day following: for it cannot be that a prophet perish out of Jerusalem.

13:34 O Jerusalem, Jerusalem, which killest the prophets, and stonest them that are sent unto thee; how often would I have gathered thy children together, as a hen doth gather her brood under her wings, and ye would not!

13:35 Behold, your house is left unto you desolate: and verily I say unto you, Ye shall not see me, until the time come when ye shall say, Blessed is he that cometh in the name of the Lord.

14:1 et factum est cum intraret in domum cuiusdam principis Pharisaeorum sabbato manducare panem et ipsi obseruabant eum 14:2 et ecce homo quidam hydropticus erat ante illum 14:3 et respondens Iesus dixit ad legis peritos et Pharisaeos dicens si licet sabbato curare 14:4 at illi tacuerunt ipse uero adprehensum sanauit eum ac dimisit 14:5 et respondens ad illos dixit cuius uestrum asinus aut bos in puteum cadet et non continuo extrahet illum die sabbati 14:6 et non poterant ad haec respondere illi 14:7 dicebat autem et ad inuitatos parabolam intendens quomodo primos accubitus eligerent dicens ad illos 14:8 cum inuitatus fueris ad nuptias non discumbas in primo loco ne forte honoratior te sit inuitatus ab eo 14:9 et ueniens is qui te et illum uocauit dicat tibi da huic locum et tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere 14:10 sed cum uocatus fueris uade recumbe in nouissimo loco ut cum uenerit qui te inuitauit dicat tibi amice ascende superius tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus 14:11 quia omnis qui se exaltat humiliabitur et

14:1 And it came to pass, as he went into the house of one of the chief Pharisees to eat bread on the sabbath day, that they watched him.

14:2 And, behold, there was a certain man before him which had the dropsy.

14:3 And Jesus answering spake unto the lawyers and Pharisees, saying, Is it lawful to heal on the sabbath day?

14:4 And they held their peace. And he took him, and healed him, and let him go;

14:5 And answered them, saying, Which of you shall have an ass or an ox fallen into a pit, and will not straightway pull him out on the sabbath day?

14:6 And they could not answer him again to these things.

14:7 And he put forth a parable to those which were bidden, when he marked how they chose out the chief rooms; saying unto them,

14:8 When thou art bidden of any man to a wedding, sit not down in the highest room; lest a more honourable man than thou be bidden of him;

14:9 And he that bade thee and him come and say to thee, Give this man place; and thou begin with shame to take the lowest room.

14:10 But when thou art bidden, go and sit down in the lowest room; that when he that bade thee cometh, he may say unto thee, Friend, go up higher: then shalt thou have worship in the presence of them that sit at meat with thee.

14:11 For whosoever exalteth himself shall be abased; and he that humbleth himself shall be exalted.

Biblia Sacra Vulgata

14:12 Then said he also to him that bade him, When thou makest a dinner or a supper, call not thy friends, nor thy brethren, neither thy kinsmen, nor thy rich neighbours; lest they also bid thee again, and a recompence be made thee.

14:13 But when thou makest a feast, call the poor, the maimed, the lame, the blind:

14:14 And thou shalt be blessed; for they cannot recompense thee: for thou shalt be recompensed at the resurrection of the just.

14:15 And when one of them that sat at meat with him heard these things, he said unto him, Blessed is he that shall eat bread in the kingdom of God.

14:16 Then said he unto him, A certain man made a great supper, and bade many:

14:17 And sent his servant at supper time to say to them that were bidden, Come; for all things are now ready.

14:18 And they all with one consent began to make excuse. The first said unto him, I have bought a piece of ground, and I must needs go and see it: I pray thee have me excused.

14:19 And another said, I have bought five yoke of oxen, and I go to prove them: I pray thee have me excused.

14:20 And another said, I have married a wife, and therefore I cannot come.

14:21 So that servant came, and shewed his lord these things. Then the master of the house being angry said to his servant, Go out quickly into the streets and lanes of the city, and bring in hither the poor, and the maimed, and the halt, and the blind.

14:22 And the servant said, Lord, it is done as thou hast commanded, and yet there is room.

14:23 And the lord said unto the servant, Go out into the highways and hedges, and compel them to come in, that my house may be filled.

14:24 For I say unto you, That none of those men which were bidden shall taste of my supper.

14:25 And there went great multitudes with him: and he turned, and said unto them,

14:26 If any man come to me, and hate not his father, and mother, and wife, and children, and brethren, and sisters, yea, and his own life also, he cannot be my disciple.

14:27 And whosoever doth not bear his cross, and come after me, cannot be my disciple.

14:28 For which of you, intending to build a tower, sitteth not down first, and counteth the cost, whether he have sufficient to finish it?

14:29 Lest haply, after he hath laid the foundation, and is not able to finish it, all that behold it begin to mock him,

qui se humiliat exaltabitur 14:12 dicebat autem et ei qui se inuitauerat cum facis prandium aut cenam noli uocare amicos tuos neque fratres tuos neque cognatos neque uicinos diuites ne forte et ipsi te reinuient et fiat tibi retributio 14:13 sed cum facis conuiuium uoca pauperes debiles claudos caecos 14:14 et beatus eris quia non habent retribuere tibi retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum 14:15 haec cum audisset quidam de simul discumbentibus dixit illi beatus qui manducabit panem in regno Dei 14:16 at ipse dixit ei homo quidam fecit cenam magnam et uocauit multos 14:17 et misit seruum suum hora cenae dicere inuitatis ut uenirent quia iam parata sunt omnia 14:18 et coeperunt simul omnes excusare primus dixit ei uillam emi et necesse habeo exire et uidere illam rogo te habe me excusatum 14:19 et alter dixit iuga boum emi quinque et eo probare illa rogo te habe me excusatum 14:20 et alius dixit uxorem duxi et ideo non possum uenire 14:21 et reuersus seruus nuntiauit haec domino suo tunc iratus pater familias dixit seruo suo exi cito in plateas et uicos ciuitatis et pauperes ac debiles et caecos et claudos introduc huc 14:22 et ait seruus domine factum est ut imperasti et adhuc locus est 14:23 et ait dominus seruo exi in uias et sepes et conpelle intrare ut impleatur domus mea 14:24 dico autem uobis quod nemo uirorum illorum qui uocati sunt gustabit cenam meam 14:25 ibant autem turbae multae cum eo et conuersus dixit ad illos 14:26 si quis uenit ad me et non odit patrem suum et matrem et uxorem et filios et fratres et sorores adhuc autem et animam suam non potest esse meus discipulus 14:27 et qui non baiulat crucem suam et uenit post me non potest esse meus discipulus 14:28 quis enim ex uobis uolens turrem aedificare non prius sedens conputat sumptus qui necessarii sunt si habet ad perficiendum 14:29 ne posteaquam posuerit fundamentum et non potuerit perficere omnes qui uident incipiant in-

Euangelium Secundum Lucam

ludere ei 14:30 dicentes quia hic homo coepit aedificare et non potuit consummare 14:31 aut qui rex iturus committere bellum aduersus alium regem non sedens prius cogitat si possit cum decem milibus occurrere ei qui cum uiginti milibus uenit ad se 14:32 alioquin adhuc illo longe agente legationem mittens rogat ea quae pacis sunt 14:33 sic ergo omnis ex uobis qui non renuntiat omnibus quae possidet non potest meus esse discipulus 14:34 bonum est sal si autem sal quoque euanuerit in quo condietur 14:35 neque in terram neque in sterquilinum utile est sed foras mittetur qui habet aures audiendi audiat

14:30 Saying, This man began to build, and was not able to finish.

14:31 Or what king, going to make war against another king, sitteth not down first, and consulteth whether he be able with ten thousand to meet him that cometh against him with twenty thousand?

14:32 Or else, while the other is yet a great way off, he sendeth an ambassage, and desireth conditions of peace.

14:33 So likewise, whosoever he be of you that forsaketh not all that he hath, he cannot be my disciple.

14:34 Salt is good: but if the salt have lost his savour, wherewith shall it be seasoned?

14:35 It is neither fit for the land, nor yet for the dunghill; but men cast it out. He that hath ears to hear, let him hear.

15:1 erant autem adpropinquantes ei publicani et peccatores ut audirent illum 15:2 et murmurabant Pharisei et scribae dicentes quia hic peccatores recipit et manducat cum illis 15:3 et ait ad illos parabolam istam dicens 15:4 quis ex uobis homo qui habet centum oues et si perdiderit unam ex illis nonne dimittit nonaginta nouem in deserto et uadit ad illam quae perierat donec inueniat illam 15:5 et cum inuenierit eam inponit in umeros suos gaudens 15:6 et ueniens domum conuocat amicos et uicinos dicens illis congratulamini mihi quia inueni ouem meam quae perierat 15:7 dico uobis quod ita gaudium erit in caelo super uno peccatore paenitentiam habente quam super nonaginta nouem iustis qui non indigent paenitentia 15:8 aut quae mulier habens dragmas decem si perdiderit dragmam unam nonne accendit lucernam et euerrit domum et quaerit diligenter donec inueniat 15:9 et cum inuenerit conuocat amicas et uicinas dicens congratulamini mihi quia inueni dragmam quam perdideram 15:10 ita dico uobis gaudium erit coram angelis Dei super uno peccatore paenitentiam agente 15:11 ait autem homo quidam habuit duos filios 15:12 et dixit adulescentior ex illis patri pater da mihi portionem substantiae quae me contingit et diuisit illis substantiam 15:13 et non post

15:1 Then drew near unto him all the publicans and sinners for to hear him.

15:2 And the Pharisees and scribes murmured, saying, This man receiveth sinners, and eateth with them.

15:3 And he spake this parable unto them, saying,

15:4 What man of you, having an hundred sheep, if he lose one of them, doth not leave the ninety and nine in the wilderness, and go after that which is lost, until he find it?

15:5 And when he hath found it, he layeth it on his shoulders, rejoicing.

15:6 And when he cometh home, he calleth together his friends and neighbours, saying unto them, Rejoice with me; for I have found my sheep which was lost.

15:7 I say unto you, that likewise joy shall be in heaven over one sinner that repenteth, more than over ninety and nine just persons, which need no repentance.

15:8 Either what woman having ten pieces of silver, if she lose one piece, doth not light a candle, and sweep the house, and seek diligently till she find it?

15:9 And when she hath found it, she calleth her friends and her neighbours together, saying, Rejoice with me; for I have found the piece which I had lost.

15:10 Likewise, I say unto you, there is joy in the presence of the angels of God over one sinner that repenteth.

15:11 And he said, A certain man had two sons:

15:12 And the younger of them said to his father, Father, give me the portion of goods that falleth to me. And he divided unto them his living.

15:13 And not many days after the younger son gathered all together, and took his journey into a far country, and there wasted his substance with riotous living.

Biblia Sacra Vulgata

15:14 And when he had spent all, there arose a mighty famine in that land; and he began to be in want.

15:15 And he went and joined himself to a citizen of that country; and he sent him into his fields to feed swine.

15:16 And he would fain have filled his belly with the husks that the swine did eat: and no man gave unto him.

15:17 And when he came to himself, he said, How many hired servants of my father's have bread enough and to spare, and I perish with hunger!

15:18 I will arise and go to my father, and will say unto him, Father, I have sinned against heaven, and before thee,

15:19 And am no more worthy to be called thy son: make me as one of thy hired servants.

15:20 And he arose, and came to his father. But when he was yet a great way off, his father saw him, and had compassion, and ran, and fell on his neck, and kissed him.

15:21 And the son said unto him, Father, I have sinned against heaven, and in thy sight, and am no more worthy to be called thy son.

15:22 But the father said to his servants, Bring forth the best robe, and put it on him; and put a ring on his hand, and shoes on his feet:

15:23 And bring hither the fatted calf, and kill it; and let us eat, and be merry:

15:24 For this my son was dead, and is alive again; he was lost, and is found. And they began to be merry.

15:25 Now his elder son was in the field: and as he came and drew nigh to the house, he heard musick and dancing.

15:26 And he called one of the servants, and asked what these things meant.

15:27 And he said unto him, Thy brother is come; and thy father hath killed the fatted calf, because he hath received him safe and sound.

15:28 And he was angry, and would not go in: therefore came his father out, and intreated him.

15:29 And he answering said to his father, Lo, these many years do I serve thee, neither transgressed I at any time thy commandment: and yet thou never gavest me a kid, that I might make merry with my friends:

15:30 But as soon as this thy son was come, which hath devoured thy living with harlots, thou hast killed for him the fatted calf.

multos dies congregatis omnibus adulescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam et ibi dissipauit substantiam suam uiuendo luxuriose 15:14 et postquam omnia consummasset facta est fames ualida in regione illa et ipse coepit egere 15:15 et abiit et adhesit uni ciuium regionis illius et misit illum in uillam suam ut pasceret porcos 15:16 et cupiebat implere uentrem suum de siliquis quas porci manducabant et nemo illi dabat 15:17 in se autem reuersus dixit quanti mercennarii patris mei abundant panibus ego autem hic fame pereo 15:18 surgam et ibo ad patrem meum et dicam illi pater peccaui in caelum et coram te 15:19 et iam non sum dignus uocari filius tuus fac me sicut unum de mercennariis tuis 15:20 et surgens uenit ad patrem suum cum autem adhuc longe esset uidit illum pater ipsius et misericordia motus est et adcurrrens cecidit supra collum eius et osculatus est illum 15:21 dixitque ei filius pater peccaui in caelum et coram te iam non sum dignus uocari filius tuus 15:22 dixit autem pater ad seruos suos cito proferte stolam primam et induite illum et date anulum in manum eius et calciamenta in pedes 15:23 et adducite uitulum saginatum et occidite et manducemus et epulemur 15:24 quia hic filius meus mortuus erat et reuixit perierat et inuentus est et coeperunt epulari 15:25 erat autem filius eius senior in agro et cum ueniret et adpropinquaret domui audiuit symphoniam et chorum 15:26 et uocauit unum de seruis et interrogauit quae haec essent 15:27 isque dixit illi frater tuus uenit et occidit pater tuus uitulum saginatum quia saluum illum recepit 15:28 indignatus est autem et nolebat introire pater ergo illius egressus coepit rogare illum 15:29 at ille respondens dixit patri suo ecce tot annis seruius tibi et numquam mandatum tuum praeterii et numquam dedisti mihi hedum ut cum amicis meis epularer 15:30 sed postquam filius tuus hic qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus uenit

Euangelium Secundum Lucam

occidisti illi uitulum saginatum 15:31 at ipse dixit illi fili tu semper mecum es et omnia mea tua sunt 15:32 epulari autem et gaudere oportebat quia frater tuus hic mortuus erat et reuixit perierat et inuentus est

16:1 dicebat autem et ad discipulos suos homo quidam erat diues qui habebat uilicum et hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona ipsius 16:2 et uocauit illum et ait illi quid hoc audio de te redde rationem uilicationis tuae iam enim non poteris uilicare 16:3 ait autem uilicus intra se quid faciam quia dominus meus aufert a me uilicationem fodere non ualeo mendicare erubesco 16:4 scio quid faciam ut cum amotus fuero a uilicatione recipiant me in domos suas 16:5 conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui dicebat primo quantum debes domino meo 16:6 at ille dixit centum cados olei dixitque illi accipe cautionem tuam et sede cito scribe quinquaginta 16:7 deinde alio dixit tu uero quantum debes qui ait centum choros tritici ait illi accipe litteras tuas et scribe octoginta 16:8 et laudauit dominus uilicum iniquitatis quia prudenter fecisset quia filii huius saeculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt 16:9 et ego uobis dico facite uobis amicos de mamona iniquitatis ut cum defeceritis recipiant uos in aeterna tabernacula 16:10 qui fidelis est in minimo et in maiori fidelis est et qui in modico iniquus est et in maiori iniquus est 16:11 si ergo in iniquo mamona fideles non fuistis quod uerum est quis credet uobis 16:12 et si in alieno fideles non fuistis quod uestrum est quis dabit uobis 16:13 nemo seruus potest duobus dominis seruire aut enim unum odiet et alterum diligit aut uni adhaerebit et alterum contemnet non potest Deo seruire et mamonae 16:14 audiebant autem omnia haec Pharisaei qui erant auari et deridebant illum 16:15 et ait illis uos estis qui iustificatis uos coram hominibus Deus autem nouit corda uestra quia quod hominibus altum est abominatio est

15:31 And he said unto him, Son, thou art ever with me, and all that I have is thine.

15:32 It was meet that we should make merry, and be glad: for this thy brother was dead, and is alive again; and was lost, and is found.

16:1 And he said also unto his disciples, There was a certain rich man, which had a steward; and the same was accused unto him that he had wasted his goods.

16:2 And he called him, and said unto him, How is it that I hear this of thee? give an account of thy stewardship; for thou mayest be no longer steward.

16:3 Then the steward said within himself, What shall I do? for my lord taketh away from me the stewardship: I cannot dig; to beg I am ashamed.

16:4 I am resolved what to do, that, when I am put out of the stewardship, they may receive me into their houses.

16:5 So he called every one of his lord's debtors unto him, and said unto the first, How much owest thou unto my lord?

16:6 And he said, An hundred measures of oil. And he said unto him, Take thy bill, and sit down quickly, and write fifty.

16:7 Then said he to another, And how much owest thou? And he said, An hundred measures of wheat. And he said unto him, Take thy bill, and write fourscore.

16:8 And the lord commended the unjust steward, because he had done wisely: for the children of this world are in their generation wiser than the children of light.

16:9 And I say unto you, Make to yourselves friends of the mammon of unrighteousness; that, when ye fail, they may receive you into everlasting habitations.

16:10 He that is faithful in that which is least is faithful also in much: and he that is unjust in the least is unjust also in much.

16:11 If therefore ye have not been faithful in the unrighteous mammon, who will commit to your trust the true riches?

16:12 And if ye have not been faithful in that which is another man's, who shall give you that which is your own?

16:13 No servant can serve two masters: for either he will hate the one, and love the other; or else he will hold to the one, and despise the other. Ye cannot serve God and mammon.

16:14 And the Pharisees also, who were covetous, heard all these things: and they derided him.

16:15 And he said unto them, Ye are they which justify yourselves before men; but God knoweth your hearts: for that which is highly esteemed among men is abomination in the sight of God.

Biblia Sacra Vulgata

16:16 The law and the prophets were until John: since that time the kingdom of God is preached, and every man presseth into it.

16:17 And it is easier for heaven and earth to pass, than one tittle of the law to fail.

16:18 Whosoever putteth away his wife, and marrieth another, committeth adultery: and whosoever marrieth her that is put away from her husband committeth adultery.

16:19 There was a certain rich man, which was clothed in purple and fine linen, and fared sumptuously every day:

16:20 And there was a certain beggar named Lazarus, which was laid at his gate, full of sores,

16:21 And desiring to be fed with the crumbs which fell from the rich man's table: moreover the dogs came and licked his sores.

16:22 And it came to pass, that the beggar died, and was carried by the angels into Abraham's bosom: the rich man also died, and was buried;

16:23 And in hell he lift up his eyes, being in torments, and seeth Abraham afar off, and Lazarus in his bosom.

16:24 And he cried and said, Father Abraham, have mercy on me, and send Lazarus, that he may dip the tip of his finger in water, and cool my tongue; for I am tormented in this flame.

16:25 But Abraham said, Son, remember that thou in thy lifetime receivest thy good things, and likewise Lazarus evil things: but now he is comforted, and thou art tormented.

16:26 And beside all this, between us and you there is a great gulf fixed: so that they which would pass from hence to you cannot; neither can they pass to us, that would come from thence.

16:27 Then he said, I pray thee therefore, father, that thou wouldest send him to my father's house:

16:28 For I have five brethren; that he may testify unto them, lest they also come into this place of torment.

16:29 Abraham saith unto him, They have Moses and the prophets; let them hear them.

16:30 And he said, Nay, father Abraham: but if one went unto them from the dead, they will repent.

16:31 And he said unto him, If they hear not Moses and the prophets, neither will they be persuaded, though one rose from the dead.

17:1 Then said he unto the disciples, It is impossible but that offences will come: but woe unto him, through whom they come!

17:2 It were better for him that a millstone were hangd about his neck, and he cast into the sea, than that he should offend one of these little ones.

ante Deum 16:16 lex et prophetae usque ad Iohannem ex eo regnum Dei euangelizatur et omnis in illud uim facit 16:17 facilius est autem caelum et terram praeterire quam de lege unum apicem cadere 16:18 omnis qui dimittit uxorem suam et ducit alteram moechatur et qui dimissam a uiro ducit moechatur 16:19 homo quidam erat diues et induebatur purpura et bysso et epulabatur cotidie splendide 16:20 et erat quidam mendicus nomine Lazarus qui iacebat ad ianuam eius ulceribus plenus 16:21 cupiens saturari de micis quae cadebant de mensa diuitis sed et canes ueniebant et lingebant ulcera eius 16:22 factum est autem ut moreretur mendicus et portaretur ab angelis in sinum Abrahae mortuus est autem et diues et sepultus est in inferno 16:23 eleuans oculos suos cum esset in tormentis uidebat Abraham a longe et Lazarum in sinu eius 16:24 et ipse clamans dixit pater Abraham miserere mei et mitte Lazarum ut intinguat extremum digiti sui in aqua ut refrigeret linguam meam quia crucior in hac flamma 16:25 et dixit illi Abraham fili recordare quia recepisti bona in uita tua et Lazarus similiter mala nunc autem hic consolatur tu uero cruciaris 16:26 et in his omnibus inter nos et uos chasma magnum firmatum est ut hii qui uolunt hinc transire ad uos non possint neque inde huc transmeare 16:27 et ait rogo ergo te pater ut mittas eum in domum patris mei 16:28 habeo enim quinque fratres ut testetur illis ne et ipsi ueniant in locum hunc tormentorum 16:29 et ait illi Abraham habent Mosen et prophetas audiant illos 16:30 at ille dixit non pater Abraham sed si quis ex mortuis ierit ad eos paenitentiam agent 16:31 ait autem illi si Mosen et prophetas non audiunt neque si quis ex mortuis resurrexerit credent

17:1 et ad discipulos suos ait impossibile est ut non ueniant scandala uae autem illi per quem ueniunt 17:2 utilius est illi si lapis molaris inponatur circa collum eius et proiciatur in

Euangelium Secundum Lucam

mare quam ut scandalizet unum de pusillis istis 17:3 adtendite uobis si peccauerit frater tuus increpa illum et si paenitentiam egerit dimitte illi 17:4 et si septies in die peccauerit in te et septies in die conuersus fuerit ad te dicens paenitet me dimitte illi 17:5 et dixerunt apostoli Domino adauge nobis fidem 17:6 dixit autem Dominus si haberetis fidem sicut granum sinapis diceretis huic arbori moro eradicare et transplantare in mare et oboediret uobis 17:7 quis autem uestrum habens seruum arantem aut pascentem qui regresso de agro dicet illi statim transi recumbe 17:8 et non dicet ei para quod cenem et praecinge te et ministra mihi donec manducem et bibam et post haec tu manducabis et bibes 17:9 numquid gratiam habet seruo illi quia fecit quae sibi imperauerat non puto 17:10 sic et uos cum feceritis omnia quae praecepta sunt uobis dicite serui inutiles sumus quod debuimus facere fecimus 17:11 et factum est dum iret in Hierusalem transiebat per mediam Samariam et Galilaeam 17:12 et cum ingrederetur quoddam castellum occurrerunt ei decem uiri leprosi qui steterunt a longe 17:13 et leuauerunt uocem dicentes Iesu praeceptor miserere nostri 17:14 quos ut uidit dixit ite ostendite uos sacerdotibus et factum est dum irent mundati sunt 17:15 unus autem ex illis ut uidit quia mundatus est regressus est cum magna uoce magnificans Deum 17:16 et cecidit in faciem ante pedes eius gratias agens et hic erat Samaritanus 17:17 respondens autem Iesus dixit nonne decem mundati sunt et nouem ubi sunt 17:18 non est inuentus qui rediet et daret gloriam Deo nisi hic alienigena 17:19 et ait illi surge uade quia fides tua te saluum fecit 17:20 interrogatus autem a Pharisaeis quando uenit regnum Dei respondit eis et dixit non uenit regnum Dei cum obseruatione 17:21 neque dicent ecce hic aut ecce illic ecce enim regnum Dei intra uos est 17:22 et ait ad discipulos uenient dies quando desideretis uidere unum diem Filii hominis et

17:3 Take heed to yourselves: If thy brother trespass against thee, rebuke him; and if he repent, forgive him.

17:4 And if he trespass against thee seven times in a day, and seven times in a day turn again to thee, saying, I repent; thou shalt forgive him.

17:5 And the apostles said unto the Lord, Increase our faith.

17:6 And the Lord said, If ye had faith as a grain of mustard seed, ye might say unto this sycamine tree, Be thou plucked up by the root, and be thou planted in the sea; and it should obey you.

17:7 But which of you, having a servant plowing or feeding cattle, will say unto him by and by, when he is come from the field, Go and sit down to meat?

17:8 And will not rather say unto him, Make ready where-with I may sup, and gird thyself, and serve me, till I have eaten and drunken; and afterward thou shalt eat and drink?

17:9 Doth he thank that servant because he did the things that were commanded him? I trow not.

17:10 So likewise ye, when ye shall have done all those things which are commanded you, say, We are unprofitable servants: we have done that which was our duty to do.

17:11 And it came to pass, as he went to Jerusalem, that he passed through the midst of Samaria and Galilee.

17:12 And as he entered into a certain village, there met him ten men that were lepers, which stood afar off:

17:13 And they lifted up their voices, and said, Jesus, Master, have mercy on us.

17:14 And when he saw them, he said unto them, Go shew yourselves unto the priests. And it came to pass, that, as they went, they were cleansed.

17:15 And one of them, when he saw that he was healed, turned back, and with a loud voice glorified God,

17:16 And fell down on his face at his feet, giving him thanks: and he was a Samaritan.

17:17 And Jesus answering said, Were there not ten cleansed? but where are the nine?

17:18 There are not found that returned to give glory to God, save this stranger.

17:19 And he said unto him, Arise, go thy way: thy faith hath made thee whole.

17:20 And when he was demanded of the Pharisees, when the kingdom of God should come, he answered them and said, The kingdom of God cometh not with observation:

17:21 Neither shall they say, Lo here! or, lo there! for, behold, the kingdom of God is within you.

17:22 And he said unto the disciples, The days will come, when ye shall desire to see one of the days of the Son of man, and ye shall not see it.

Biblia Sacra Vulgata

17:23 And they shall say to you, See here; or, see there: go not after them, nor follow them.

17:24 For as the lightning, that lighteneth out of the one part under heaven, shineth unto the other part under heaven; so shall also the Son of man be in his day.

17:25 But first must he suffer many things, and be rejected of this generation.

17:26 And as it was in the days of Noe, so shall it be also in the days of the Son of man.

17:27 They did eat, they drank, they married wives, they were given in marriage, until the day that Noe entered into the ark, and the flood came, and destroyed them all.

17:28 Likewise also as it was in the days of Lot; they did eat, they drank, they bought, they sold, they planted, they builded;

17:29 But the same day that Lot went out of Sodom it rained fire and brimstone from heaven, and destroyed them all.

17:30 Even thus shall it be in the day when the Son of man is revealed.

17:31 In that day, he which shall be upon the housetop, and his stuff in the house, let him not come down to take it away: and he that is in the field, let him likewise not return back.

17:32 Remember Lot's wife.

17:33 Whosoever shall seek to save his life shall lose it; and whosoever shall lose his life shall preserve it.

17:34 I tell you, in that night there shall be two men in one bed; the one shall be taken, and the other shall be left.

17:35 Two women shall be grinding together; the one shall be taken, and the other left.

17:36 Two men shall be in the field; the one shall be taken, and the other left.

17:37 And they answered and said unto him, Where, Lord? And he said unto them, Wheresoever the body is, thither will the eagles be gathered together.

18:1 And he spake a parable unto them to this end, that men ought always to pray, and not to faint;

18:2 Saying, There was in a city a judge, which feared not God, neither regarded man:

18:3 And there was a widow in that city; and she came unto him, saying, Avenge me of mine adversary.

18:4 And he would not for a while: but afterward he said within himself, Though I fear not God, nor regard man;

18:5 Yet because this widow troubleth me, I will avenge her, lest by her continual coming she weary me.

18:6 And the Lord said, Hear what the unjust judge saith.

18:7 And shall not God avenge his own elect, which cry day and night unto him, though he bear long with them?

non uidebitis 17:23 et dicent uobis ecce hic ecce illic nolite ire neque sectemini 17:24 nam sicut fulgur coruscans de sub caelo in ea quae sub caelo sunt fulget ita erit Filius hominis in die sua 17:25 primum autem oportet illum multa pati et reprobari a generatione hac 17:26 et sicut factum est in diebus Noe ita erit et in diebus Filii hominis 17:27 edebant et bibebant uxores ducebant et dabantur ad nuptias usque in diem qua intrauit Noe in arcam et uenit diluuium et perdidit omnes 17:28 similiter sicut factum est in diebus Loth edebant et bibebant emebant et uendebant plantabant aedificabant 17:29 qua die autem exiit Loth a Sodomis pluit ignem et sulphur de caelo et omnes perdidit 17:30 secundum haec erit qua die Filius hominis reuelabitur 17:31 in illa hora qui fuerit in tecto et uasa eius in domo ne descendat tollere illa et qui in agro similiter non redeet retro 17:32 memores estote uxoris Loth 17:33 quicumque quaesierit animam suam saluare perdet illam et qui perdiderit illam uiuificabit eam 17:34 dico uobis illa nocte erunt duo in lecto uno unus adsumetur et alter relinquetur 17:35 duae erunt molentes in unum una adsumetur et altera relinquetur duo in agro unus adsumetur et alter relinquetur 17:36 respondentes dicunt illi ubi Domine 17:37 qui dixit eis ubicumque fuerit corpus illic congregabuntur aquilae

18:1 dicebat autem et parabolam ad illos quoniam oportet semper orare et non deficere 18:2 dicens iudex quidam erat in quadam ciuitate qui Deum non timebat et hominem non uerebatur 18:3 uidua autem quaedam erat in ciuitate illa et ueniebat ad eum dicens uindica me de aduersario meo 18:4 et nolebat per multum tempus post haec autem dixit intra se et si Deum non timeo nec hominem reuereor 18:5 tamen quia molesta est mihi haec uidua uindicabo illam ne in nouissimo ueniens suggillet me 18:6 ait autem Dominus audite quid iudex iniquitatis dicit 18:7 Deus autem non faciet

Euangelium Secundum Lucam

uindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte et patientiam habebit in illis 18:8 dico uobis quia cito faciet uindictam illorum uerumtamen Filius hominis ueniens putas inueniet fidem in terra 18:9 dixit autem et ad quosdam qui in se confidebant tamquam iusti et aspernabantur ceteros parabolam istam 18:10 duo homines ascenderunt in templum ut orarent unus Pharisaeus et alter publicanus 18:11 Pharisaeus stans haec apud se orabat Deus gratias ago tibi quia non sum sicut ceteri hominum raptores iniusti adulteri uel ut etiam hic publicanus 18:12 ieiuno bis in sabbato decimas do omnium quae possideo 18:13 et publicanus a longe stans nolebat nec oculos ad caelum leuare sed percutiebat pectus suum dicens Deus propitius esto mihi peccatori 18:14 dico uobis descendit hic iustificatus in domum suam ab illo quia omnis qui se exultat humiliabitur et qui se humiliat exaltabitur 18:15 adferebant autem ad illum et infantes ut eos tangeret quod cum uiderent discipuli increpabant illos 18:16 Iesus autem conuocans illos dixit sinite pueros uenire ad me et nolite eos uetare talium est enim regnum Dei 18:17 amen dico uobis quicumque non acceperit regnum Dei sicut puer non intrabit in illud 18:18 et interrogauit eum quidam princeps dicens magister bone quid faciens uitam aeternam possidebo 18:19 dixit autem ei Iesus quid me dicis bonum nemo bonus nisi solus Deus 18:20 mandata nosti non occides non moechaberis non furtum facies non falsum testimonium dices honora patrem tuum et matrem 18:21 qui ait haec omnia custodiui a iuuentute mea 18:22 quo audito Iesus ait ei adhuc unum tibi deest omnia quaecumque habes uende et da pauperibus et habebis thesaurum in caelo et ueni sequere me 18:23 his ille auditis contristatus est quia diues erat ualde 18:24 uidens autem illum Iesus tristem factum dixit quam difficile qui pecunias habent in regnum Dei intrabunt 18:25 facilius est enim ca-

18:8 I tell you that he will avenge them speedily. Nevertheless when the Son of man cometh, shall he find faith on the earth?

18:9 And he spake this parable unto certain which trusted in themselves that they were righteous, and despised others:

18:10 Two men went up into the temple to pray; the one a Pharisee, and the other a publican.

18:11 The Pharisee stood and prayed thus with himself, God, I thank thee, that I am not as other men are, extortioners, unjust, adulterers, or even as this publican.

18:12 I fast twice in the week, I give tithes of all that I possess.

18:13 And the publican, standing afar off, would not lift up so much as his eyes unto heaven, but smote upon his breast, saying, God be merciful to me a sinner.

18:14 I tell you, this man went down to his house justified rather than the other: for every one that exalteth himself shall be abased; and he that humbleth himself shall be exalted.

18:15 And they brought unto him also infants, that he would touch them: but when his disciples saw it, they rebuked them.

18:16 But Jesus called them unto him, and said, Suffer little children to come unto me, and forbid them not: for of such is the kingdom of God.

18:17 Verily I say unto you, Whosoever shall not receive the kingdom of God as a little child shall in no wise enter therein.

18:18 And a certain ruler asked him, saying, Good Master, what shall I do to inherit eternal life?

18:19 And Jesus said unto him, Why callest thou me good? none is good, save one, that is, God.

18:20 Thou knowest the commandments, Do not commit adultery, Do not kill, Do not steal, Do not bear false witness, Honour thy father and thy mother.

18:21 And he said, All these have I kept from my youth up.

18:22 Now when Jesus heard these things, he said unto him, Yet lackest thou one thing: sell all that thou hast, and distribute unto the poor, and thou shalt have treasure in heaven: and come, follow me.

18:23 And when he heard this, he was very sorrowful: for he was very rich.

18:24 And when Jesus saw that he was very sorrowful, he said, How hardly shall they that have riches enter into the kingdom of God!

18:25 For it is easier for a camel to go through a needle's eye, than for a rich man to enter into the kingdom of God.

Biblia Sacra Vulgata

18:26 And they that heard it said, Who then can be saved?

18:27 And he said, The things which are impossible with men are possible with God.

18:28 Then Peter said, Lo, we have left all, and followed thee.

18:29 And he said unto them, Verily I say unto you, There is no man that hath left house, or parents, or brethren, or wife, or children, for the kingdom of God's sake,

18:30 Who shall not receive manifold more in this present time, and in the world to come life everlasting.

18:31 Then he took unto him the twelve, and said unto them, Behold, we go up to Jerusalem, and all things that are written by the prophets concerning the Son of man shall be accomplished.

18:32 For he shall be delivered unto the Gentiles, and shall be mocked, and spitefully entreated, and spitted on:

18:33 And they shall scourge him, and put him to death: and the third day he shall rise again.

18:34 And they understood none of these things: and this saying was hid from them, neither knew they the things which were spoken.

18:35 And it came to pass, that as he was come nigh unto Jericho, a certain blind man sat by the way side begging:

18:36 And hearing the multitude pass by, he asked what it meant.

18:37 And they told him, that Jesus of Nazareth passeth by.

18:38 And he cried, saying, Jesus, thou son of David, have mercy on me.

18:39 And they which went before rebuked him, that he should hold his peace: but he cried so much the more, Thou son of David, have mercy on me.

18:40 And Jesus stood, and commanded him to be brought unto him: and when he was come near, he asked him,

18:41 Saying, What wilt thou that I shall do unto thee? And he said, Lord, that I may receive my sight.

18:42 And Jesus said unto him, Receive thy sight: thy faith hath saved thee.

18:43 And immediately he received his sight, and followed him, glorifying God: and all the people, when they saw it, gave praise unto God.

19:1 And Jesus entered and passed through Jericho.

19:2 And, behold, there was a man named Zacchaeus, which was the chief among the publicans, and he was rich.

19:3 And he sought to see Jesus who he was: and could not for the press, because he was little of stature.

19:4 And he ran before, and climbed up into a sycamore tree to see him: for he was to pass that way.

melum per foramen acus transire quam diuitem intrare in regnum Dei 18:26 et dixerunt qui audiebant et quis potest saluus fieri 18:27 ait illis quae impossibilia sunt apud homines possibilia sunt apud Deum 18:28 ait autem Petrus ecce nos dimisimus omnia et secuti sumus te 18:29 qui dixit eis amen dico uobis nemo est qui reliquit domum aut parentes aut fratres aut uxorem aut filios propter regnum Dei 18:30 et non recipiat multo plura in hoc tempore et in saeculo uenturo uitam aeternam 18:31 adsumpsit autem Iesus duodecim et ait illis ecce ascendimus Hierosolyma et consummabuntur omnia quae scripta sunt per prophetas de Filio hominis 18:32 tradetur enim gentibus et inludetur et flagellabitur et conspuetur 18:33 et postquam flagellauerint occident eum et die tertia resurget 18:34 et ipsi nihil horum intellexerunt et erat uerbum istud absconditum ab eis et non intellegebant quae dicebantur 18:35 factum est autem cum adpropinquaret Hiericho caecus quidam sedebat secus uiam mendicans 18:36 et cum audiret turbam praetereuntem interrogabat quid hoc esset 18:37 dixerunt autem ei quod Iesus Nazarenus transiret 18:38 et clamauit dicens Iesu Fili Daud miserere mei 18:39 et qui praeibant increpabant eum ut taceret ipse uero multo magis clamabat Fili Daud miserere mei 18:40 stans autem Iesus iussit illum adduci ad se et cum adpropinquasset interrogauit illum 18:41 dicens quid tibi uis faciam at ille dixit Domine ut uideam 18:42 et Iesus dixit illi respice fides tua te saluum fecit 18:43 et confestim uidit et sequebatur illum magnificans Deum et omnis plebs ut uidit dedit laudem Deo

19:1 et ingressus perambulabat Hiericho 19:2 et ecce uir nomine Zacchaeus et hic erat princeps publicanorum et ipse diues 19:3 et quaerebat uidere Iesum quis esset et non poterat prae turba quia statura pusillus erat 19:4 et praecurrens ascendit in arborem sycomorum ut uideret illum quia inde

Euangelium Secundum Lucam

erat transiturus 19:5 et cum uenisset ad locum suspiciens Iesus uidit illum et dixit ad eum Zacchee festinans descende quia hodie in domo tua oportet me manere 19:6 et festinans descendit et excepit illum gaudens 19:7 et cum uiderent omnes murmurabant dicentes quod ad hominem peccatorem deuertisset 19:8 stans autem Zaccheus dixit ad Dominum ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus et si quid aliquem defraudaui reddo quadruplum 19:9 ait Iesus ad eum quia hodie salus domui huic facta est eo quod et ipse filius sit Abrahae 19:10 uenit enim Filius hominis quaerere et saluum facere quod perierat 19:11 haec illis audientibus adiciens dixit parabolam eo quod esset prope Hierusalem et quia existimarent quod confestim regnum Dei manifestaretur 19:12 dixit ergo homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum et reuertii 19:13 uocatis autem decem seruis suis dedit illis decem mnas et ait ad illos negotiamini dum uenio 19:14 ciues autem eius oderant illum et miserunt legationem post illum dicentes nolumus hunc regnare super nos 19:15 et factum est ut rediit accepto regno et iussit uocari seruos quibus dedit pecuniam ut sciret quantum quisque negotiatus esset 19:16 uenit autem primus dicens domine mna tua decem mnas adquisiuit 19:17 et ait illi euge bone serue quia in modico fidelis fuisti eris potestatem habens supra decem ciuitates 19:18 et alter uenit dicens domine mna tua fecit quinque mnas 19:19 et huic ait et tu esto supra quinque ciuitates 19:20 et alter uenit dicens domine ecce mna tua quam habui repositam in sudario 19:21 timui enim te quia homo austeris es tollis quod non posuisti et metis quod non seminasti 19:22 dicit ei de ore tuo te iudico serue nequam sciebas quod ego austeris homo sum tollens quod non posui et metens quod non seminaui 19:23 et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam et ego ueniens cum usuris uti-

19:5 And when Jesus came to the place, he looked up, and saw him, and said unto him, Zacchaeus, make haste, and come down; for to day I must abide at thy house.

19:6 And he made haste, and came down, and received him joyfully.

19:7 And when they saw it, they all murmured, saying, That he was gone to be guest with a man that is a sinner.

19:8 And Zacchaeus stood, and said unto the Lord: Behold, Lord, the half of my goods I give to the poor; and if I have taken any thing from any man by false accusation, I restore him fourfold.

19:9 And Jesus said unto him, This day is salvation come to this house, forso much as he also is a son of Abraham.

19:10 For the Son of man is come to seek and to save that which was lost.

19:11 And as they heard these things, he added and spake a parable, because he was nigh to Jerusalem, and because they thought that the kingdom of God should immediately appear.

19:12 He said therefore, A certain nobleman went into a far country to receive for himself a kingdom, and to return.

19:13 And he called his ten servants, and delivered them ten pounds, and said unto them, Occupy till I come.

19:14 But his citizens hated him, and sent a message after him, saying, We will not have this man to reign over us.

19:15 And it came to pass, that when he was returned, having received the kingdom, then he commanded these servants to be called unto him, to whom he had given the money, that he might know how much every man had gained by trading.

19:16 Then came the first, saying, Lord, thy pound hath gained ten pounds.

19:17 And he said unto him, Well, thou good servant: because thou hast been faithful in a very little, have thou authority over ten cities.

19:18 And the second came, saying, Lord, thy pound hath gained five pounds.

19:19 And he said likewise to him, Be thou also over five cities.

19:20 And another came, saying, Lord, behold, here is thy pound, which I have kept laid up in a napkin:

19:21 For I feared thee, because thou art an austere man: thou takest up that thou laydest not down, and reapest that thou didst not sow.

19:22 And he saith unto him, Out of thine own mouth will I judge thee, thou wicked servant. Thou knewest that I was an austere man, taking up that I laid not down, and reaping that I did not sow:

19:23 Wherefore then gavest not thou my money into the bank, that at my coming I might have required mine own with usury?

Biblia Sacra Vulgata

19:24 And he said unto them that stood by, Take from him the pound, and give it to him that hath ten pounds.

19:25 (And they said unto him, Lord, he hath ten pounds.)

19:26 For I say unto you, That unto every one which hath shall be given; and from him that hath not, even that he hath shall be taken away from him.

19:27 But those mine enemies, which would not that I should reign over them, bring hither, and slay them before me.

19:28 And when he had thus spoken, he went before, ascending up to Jerusalem.

19:29 And it came to pass, when he was come nigh to Bethphage and Bethany, at the mount called the mount of Olives, he sent two of his disciples,

19:30 Saying, Go ye into the village over against you; in the which at your entering ye shall find a colt tied, whereon yet never man sat: loose him, and bring him hither.

19:31 And if any man ask you, Why do ye loose him? thus shall ye say unto him, Because the Lord hath need of him.

19:32 And they that were sent went their way, and found even as he had said unto them.

19:33 And as they were loosing the colt, the owners thereof said unto them, Why loose ye the colt?

19:34 And they said, The Lord hath need of him.

19:35 And they brought him to Jesus: and they cast their garments upon the colt, and they set Jesus thereon.

19:36 And as he went, they spread their clothes in the way.

19:37 And when he was come nigh, even now at the descent of the mount of Olives, the whole multitude of the disciples began to rejoice and praise God with a loud voice for all the mighty works that they had seen;

19:38 Saying, Blessed be the King that cometh in the name of the Lord: peace in heaven, and glory in the highest.

19:39 And some of the Pharisees from among the multitude said unto him, Master, rebuke thy disciples.

19:40 And he answered and said unto them, I tell you that, if these should hold their peace, the stones would immediately cry out.

19:41 And when he was come near, he beheld the city, and wept over it,

19:42 Saying, If thou hadst known, even thou, at least in this thy day, the things which belong unto thy peace! but now they are hid from thine eyes.

19:43 For the days shall come upon thee, that thine enemies shall cast a trench about thee, and compass thee round, and keep thee in on every side,

19:44 And shall lay thee even with the ground, and thy children within thee; and they shall not leave in thee one stone upon another; because thou knewest not the time of thy visitation.

que exegissem illud 19:24 et adstantibus dixit auferte ab illo mnam et date illi qui decem mnas habet 19:25 et dixerunt ei domine habet decem mnas 19:26 dico autem uobis quia omni habenti dabitur ab eo autem qui non habet et quod habet auferetur ab eo 19:27 uerumtamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se adducite huc et interficite ante me 19:28 et his dictis praecedebat ascendens in Hierosolyma 19:29 et factum est cum adpropinquasset ad Bethphage et Bethania ad montem qui uocatur Oliueti misit duos discipulos suos 19:30 dicens ite in castellum quod contra est in quod introeuntes inuenietis pullum asinae alligatum cui nemo umquam hominum sedit soluite illum et adducite 19:31 et si quis uos interrogauerit quare soluitis sic dicetis ei quia Dominus operam eius desiderat 19:32 abierunt autem qui missi erant et inuenerunt sicut dixit illis stantem pullum 19:33 soluentibus autem illis pullum dixerunt domini eius ad illos quid soluitis pullum 19:34 at illi dixerunt quia Dominus eum necessarium habet 19:35 et duxerunt illum ad Iesum et iactantes uestimenta sua supra pullum inposuerunt Iesum 19:36 eunte autem illo substernerant uestimenta sua in uia 19:37 et cum adpropinquaret iam ad descensum montis Oliueti coeperunt omnes turbae discentium gaudentes laudare Deum uoce magna super omnibus quas uiderant uirtutibus 19:38 dicentes benedictus qui uenit rex in nomine Domini pax in caelo et gloria in excelsis 19:39 et quidam Pharisaeorum de turbis dixerunt ad illum magister increpa discipulos tuos 19:40 quibus ipse ait dico uobis quia si hii tacuerint lapides clamabunt 19:41 et ut adpropinquauit uidens ciuitatem fleuit super illam dicens 19:42 quia si cognouisses et tu et quidem in hac die tua quae ad pacem tibi nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis 19:43 quia uenient dies in te et circumdabunt te inimici tui uallo et circumdabunt te et coangustabunt te undique 19:44 ad terram prosternent te et

Euangelium Secundum Lucam

filios qui in te sunt et non relinquent in te lapidem super lapidem eo quod non cognoueris tempus uisitationis tuae 19:45 et ingressus in templum coepit eicere uendentes in illo et ementes 19:46 dicens illis scriptum est quia domus mea domus orationis est uos autem fecistis illam speluncam latronum 19:47 et erat docens cotidie in templo principes autem sacerdotum et scribae et principes plebis quaerebant illum perdere 19:48 et non inueniebant quid facerent illi omnis enim populus suspensus erat audiens illum

20:1 et factum est in una dierum docente illo populum in templo et euangelizante conuenerunt principes sacerdotum et scribae cum senioribus 20:2 et aiunt dicentes ad illum dic nobis in qua potestate haec facis aut quis est qui dedit tibi hanc potestatem 20:3 respondens autem dixit ad illos interrogabo uos et ego uerbum respondete mihi 20:4 baptismum Iohannis de caelo erat an ex hominibus 20:5 at illi cogitabant inter se dicentes quia si dixerimus de caelo dicet quare ergo non credidistis illi 20:6 si autem dixerimus ex hominibus plebs uniuersa lapidabit nos certi sunt enim Iohannem prophetam esse 20:7 et responderunt se nescire unde esset 20:8 et Iesus ait illis neque ego dico uobis in qua potestate haec facio 20:9 coepit autem dicere ad plebem parabolam hanc homo plantauit uineam et locauit eam colonis et ipse peregre fuit multis temporibus 20:10 et in tempore misit ad cultores seruum ut de fructu uineae darent illi qui caesum dimiserunt eum inanem 20:11 et addidit alterum seruum mittere illi autem hunc quoque caedentes et adficientes contumelia dimiserunt inanem 20:12 et addidit tertium mittere qui et illum uulnerantes eiecerunt 20:13 dixit autem dominus uineae quid faciam mittam filium meum dilectum forsitan cum hunc uiderint uerebuntur 20:14 quem cum uidissent coloni cogitauerunt inter se dicentes hic est heres occidamus illum ut nostra fiat hereditas 20:15 et eiec-

19:45 And he went into the temple, and began to cast out them that sold therein, and them that bought;

19:46 Saying unto them, It is written, My house is the house of prayer: but ye have made it a den of thieves.

19:47 And he taught daily in the temple. But the chief priests and the scribes and the chief of the people sought to destroy him.

19:48 And could not find what they might do: for all the people were very attentive to hear him.

20:1 And it came to pass, that on one of those days, as he taught the people in the temple, and preached the gospel, the chief priests and the scribes came upon him with the elders,

20:2 And spake unto him, saying, Tell us, by what authority doest thou these things? or who is he that gave thee this authority?

20:3 And he answered and said unto them, I will also ask you one thing; and answer me:

20:4 The baptism of John, was it from heaven, or of men?

20:5 And they reasoned with themselves, saying, If we shall say, From heaven; he will say, Why then believed ye him not?

20:6 But and if we say, Of men; all the people will stone us: for they be persuaded that John was a prophet.

20:7 And they answered, that they could not tell whence it was.

20:8 And Jesus said unto them, Neither tell I you by what authority I do these things.

20:9 Then began he to speak to the people this parable: A certain man planted a vineyard, and let it forth to husbandmen, and went into a far country for a long time.

20:10 And at the season he sent a servant to the husbandmen, that they should give him of the fruit of the vineyard: but the husbandmen beat him, and sent him away empty.

20:11 And again he sent another servant: and they beat him also, and entreated him shamefully, and sent him away empty.

20:12 And again he sent a third: and they wounded him also, and cast him out.

20:13 Then said the lord of the vineyard, What shall I do? I will send my beloved son: it may be they will reverence him when they see him.

20:14 But when the husbandmen saw him, they reasoned among themselves, saying, This is the heir: come, let us kill him, that the inheritance may be ours.

20:15 So they cast him out of the vineyard, and killed him. What therefore shall the lord of the vineyard do unto them?

Biblia Sacra Vulgata

20:16 He shall come and destroy these husbandmen, and shall give the vineyard to others. And when they heard it, they said, God forbid.

20:17 And he beheld them, and said, What is this then that is written, The stone which the builders rejected, the same is become the head of the corner?

20:18 Whosoever shall fall upon that stone shall be broken; but on whomsoever it shall fall, it will grind him to powder.

20:19 And the chief priests and the scribes the same hour sought to lay hands on him; and they feared the people: for they perceived that he had spoken this parable against them.

20:20 And they watched him, and sent forth spies, which should feign themselves just men, that they might take hold of his words, that so they might deliver him unto the power and authority of the governor.

20:21 And they asked him, saying, Master, we know that thou sayest and teachest rightly, neither acceptest thou the person of any, but teachest the way of God truly:

20:22 Is it lawful for us to give tribute unto Caesar, or no?

20:23 But he perceived their craftiness, and said unto them, Why tempt ye me?

20:24 Shew me a penny. Whose image and superscription hath it? They answered and said, Caesar's.

20:25 And he said unto them, Render therefore unto Caesar the things which be Caesar's, and unto God the things which be God's.

20:26 And they could not take hold of his words before the people: and they marvelled at his answer, and held their peace.

20:27 Then came to him certain of the Sadducees, which deny that there is any resurrection; and they asked him,

20:28 Saying, Master, Moses wrote unto us, If any man's brother die, having a wife, and he die without children, that his brother should take his wife, and raise up seed unto his brother.

20:29 There were therefore seven brethren: and the first took a wife, and died without children.

20:30 And the second took her to wife, and he died childless.

20:31 And the third took her; and in like manner the seven also: and they left no children, and died.

20:32 Last of all the woman died also.

20:33 Therefore in the resurrection whose wife of them is she? for seven had her to wife.

20:34 And Jesus answering said unto them, The children of this world marry, and are given in marriage:

tum illum extra uineam occiderunt quid ergo faciet illis dominus uineae 20:16 ueniet et perdet colonos istos et dabit uineam aliis quo audito dixerunt illi absit 20:17 ille autem aspiciens eos ait quid est ergo hoc quod scriptum est lapidem quem reprobauerunt aedificantes hic factus est in caput anguli 20:18 omnis qui ceciderit supra illum lapidem conquassabitur supra quem autem ceciderit comminuet illum 20:19 et quaerebant principes sacerdotum et scribae mittere in illum manus illa hora et timuerunt populum cognouerunt enim quod ad ipsos dixerit similitudinem istam 20:20 et obseruantes miserunt insidiatores qui se iustos simulant ut caperent eum in sermone et traderent illum principatui et potestati praesidis 20:21 et interrogauerunt illum dicentes magister scimus quia recte dicis et doces et non accipis personam sed in ueritate uiam Dei doces 20:22 licet nobis dare tributum Caesari an non 20:23 considerans autem dolum illorum dixit ad eos quid me temptatis 20:24 ostendite mihi denarium cuius habet imaginem et inscriptionem respondentes dixerunt Caesaris 20:25 et ait illis reddite ergo quae Caesaris sunt Caesari et quae Dei sunt Deo 20:26 et non potuerunt uerbum eius reprehendere coram plebe et mirati in responso eius tacuerunt 20:27 accesserunt autem quidam Sadducaeorum qui negant esse resurrectionem et interrogauerunt eum 20:28 dicentes magister Moses scripsit nobis si frater alicuius mortuus fuerit habens uxorem et hic sine filiis fuerit ut accipiat eam frater eius uxorem et suscitet semen fratri suo 20:29 septem ergo fratres erant et primus accepit uxorem et mortuus est sine filiis 20:30 et sequens accepit illam et ipse mortuus est sine filio 20:31 et tertius accepit illam similiter et omnes septem et non reliquerunt semen et mortui sunt 20:32 nouissima omnium mortua est et mulier 20:33 in resurrectione ergo cuius eorum erit uxor siquidem septem habuerunt eam uxorem 20:34 et ait

Euangelium Secundum Lucam

illis Iesus filii saeculi huius nubunt et traduntur ad nuptias
20:35 illi autem qui digni habebuntur saeculo illo et resurrectione ex mortuis neque nubunt neque ducunt uxores 20:36 neque enim ultra mori poterunt aequales enim angelis sunt et filii sunt Dei cum sint filii resurrectionis 20:37 quia uero resurgant mortui et Moses ostendit secus rubum sicut dicit Dominum Deum Abraham et Deum Isaac et Deum Iacob 20:38 Deus autem non est mortuorum sed uiuorum omnes enim uiuunt ei 20:39 respondentes autem quidam scribarum dixerunt magister bene dixisti 20:40 et amplius non audebant eum quicquam interrogare 20:41 dixit autem ad illos quomodo dicunt Christum Filium Dauid esse 20:42 et ipse Dauid dicit in libro Psalmorum dixit Dominus Domino meo sede a dextris meis 20:43 donec ponam inimicos tuos scabillum pedum tuorum 20:44 Dauid ergo Dominum illum uocat et quomodo filius eius est 20:45 audiente autem omni populo dixit discipulis suis 20:46 attendite a scribis qui uolunt ambulare in stolis et amant salutationes in foro et primas cathedras in synagogis et primos discubitus in conuiujs 20:47 qui deuorant domos uiduarum simulantes longam orationem hii accipient damnationem maiorem

21:1 respiciens autem uidit eos qui mittebant munera sua in gazofilacium diuites 21:2 uidit autem et quandam uiduam pauperulam mittentem aera minuta duo 21:3 et dixit uere dico uobis quia uidua haec pauper plus quam omnes misit 21:4 nam omnes hii ex abundantia sibi miserunt in munera Dei haec autem ex eo quod deest illi omnem uictum suum quem habuit misit 21:5 et quibusdam dicentibus de templo quod lapidibus bonis et donis ornatum esset dixit 21:6 haec quae uidetis uenient dies in quibus non relinquetur lapis super lapidem qui non destruat 21:7 interrogauerunt autem illum dicentes praeceptor quando haec erunt et quod signum cum fieri incipient 21:8 qui dixit uidete ne

20:35 But they which shall be accounted worthy to obtain that world, and the resurrection from the dead, neither marry, nor are given in marriage:

20:36 Neither can they die any more: for they are equal unto the angels; and are the children of God, being the children of the resurrection.

20:37 Now that the dead are raised, even Moses shewed at the bush, when he calleth the Lord the God of Abraham, and the God of Isaac, and the God of Jacob.

20:38 For he is not a God of the dead, but of the living: for all live unto him.

20:39 Then certain of the scribes answering said, Master, thou hast well said.

20:40 And after that they durst not ask him any question at all.

20:41 And he said unto them, How say they that Christ is David's son?

20:42 And David himself saith in the book of Psalms, The LORD said unto my Lord, Sit thou on my right hand,

20:43 Till I make thine enemies thy footstool.

20:44 David therefore calleth him Lord, how is he then his son?

20:45 Then in the audience of all the people he said unto his disciples,

20:46 Beware of the scribes, which desire to walk in long robes, and love greetings in the markets, and the highest seats in the synagogues, and the chief rooms at feasts;

20:47 Which devour widows' houses, and for a shew make long prayers: the same shall receive greater damnation.

21:1 And he looked up, and saw the rich men casting their gifts into the treasury.

21:2 And he saw also a certain poor widow casting in thither two mites.

21:3 And he said, Of a truth I say unto you, that this poor widow hath cast in more than they all:

21:4 For all these have of their abundance cast in unto the offerings of God: but she of her penury hath cast in all the living that she had.

21:5 And as some spake of the temple, how it was adorned with goodly stones and gifts, he said,

21:6 As for these things which ye behold, the days will come, in the which there shall not be left one stone upon another, that shall not be thrown down.

21:7 And they asked him, saying, Master, but when shall these things be? and what sign will there be when these things shall come to pass?

21:8 And he said, Take heed that ye be not deceived: for many shall come in my name, saying, I am Christ: and the time draweth near: go ye not therefore after them.

Biblia Sacra Vulgata

21:9 But when ye shall hear of wars and commotions, be not terrified: for these things must first come to pass; but the end is not by and by.

21:10 Then said he unto them, Nation shall rise against nation, and kingdom against kingdom:

21:11 And great earthquakes shall be in divers places, and famines, and pestilences; and fearful sights and great signs shall there be from heaven.

21:12 But before all these, they shall lay their hands on you, and persecute you, delivering you up to the synagogues, and into prisons, being brought before kings and rulers for my name's sake.

21:13 And it shall turn to you for a testimony.

21:14 Settle it therefore in your hearts, not to meditate before what ye shall answer:

21:15 For I will give you a mouth and wisdom, which all your adversaries shall not be able to gainsay nor resist.

21:16 And ye shall be betrayed both by parents, and brethren, and kinsfolks, and friends; and some of you shall they cause to be put to death.

21:17 And ye shall be hated of all men for my name's sake.

21:18 But there shall not an hair of your head perish.

21:19 In your patience possess ye your souls.

21:20 And when ye shall see Jerusalem compassed with armies, then know that the desolation thereof is nigh.

21:21 Then let them which are in Judaea flee to the mountains; and let them which are in the midst of it depart out; and let not them that are in the countries enter thereinto.

21:22 For these be the days of vengeance, that all things which are written may be fulfilled.

21:23 But woe unto them that are with child, and to them that give suck, in those days! for there shall be great distress in the land, and wrath upon this people.

21:24 And they shall fall by the edge of the sword, and shall be led away captive into all nations: and Jerusalem shall be trodden down of the Gentiles, until the times of the Gentiles be fulfilled.

21:25 And there shall be signs in the sun, and in the moon, and in the stars; and upon the earth distress of nations, with perplexity; the sea and the waves roaring;

21:26 Men's hearts failing them for fear, and for looking after those things which are coming on the earth: for the powers of heaven shall be shaken.

21:27 And then shall they see the Son of man coming in a cloud with power and great glory.

seducamini multi enim uenient in nomine meo dicentes quia ego sum et tempus adpropinquauit nolite ergo ire post illos 21:9 cum autem audieritis proelia et seditiones nolite terreri oportet primum haec fieri sed non statim finis 21:10 tunc dicebat illis surget gens contra gentem et regnum aduersus regnum 21:11 terraemotus magni erunt per loca et pestilentiae et fames terroresque de caelo et signa magna erunt 21:12 sed ante haec omnia incient uobis manus suas et persequentur tradentes in synagogas et custodias trahentes ad reges et praesides propter nomen meum 21:13 continget autem uobis in testimonium 21:14 ponite ergo in cordibus uestris non praemeditari quemadmodum respondeatis 21:15 ego enim dabo uobis os et sapientiam cui non poterunt resistere et contradicere omnes aduersarii uestri 21:16 trademini autem a parentibus et fratribus et cognatis et amicis et morte adficient ex uobis 21:17 et eritis odio omnibus propter nomen meum 21:18 et capillus de capite uestro non peribit 21:19 in patientia uestra possidebitis animas uestras 21:20 cum autem uideritis circumdari ab exercitu Hierusalem tunc scitote quia adpropinquauit desolatio eius 21:21 tunc qui in Iudaea sunt fugiant in montes et qui in medio eius discedant et qui in regionibus non intrent in eam 21:22 quia dies ultionis hii sunt ut impleantur omnia quae scripta sunt 21:23 uae autem praegnatibus et nutrientibus in illis diebus erit enim pressura magna supra terram et ira populo huic 21:24 et cadent in ore gladii et captiui ducentur in omnes gentes et Hierusalem calcabitur a gentibus donec impleantur tempora nationum 21:25 et erunt signa in sole et luna et stellis et in terris pressura gentium prae confusione sonitus maris et fluctuum 21:26 arescentibus hominibus prae timore et expectatione quae superuenient uniuerso orbi nam uirtutes caelorum mouebuntur 21:27 et tunc uidebunt Filium hominis uenientem in nube cum potestate magna et ma-

Euangelium Secundum Lucam

iestate 21:28 his autem fieri incipientibus respicite et leuate capita uestra quoniam adpropinquat redeptio uestra 21:29 et dixit illis similitudinem uidete ficulneam et omnes arbores 21:30 cum producunt iam ex se fructum scitis quoniam prope est aestas 21:31 ita et uos cum uideritis haec fieri scitote quoniam prope est regnum Dei 21:32 amen dico uobis quia non praeteribit generatio haec donec omnia fiant 21:33 caelum et terra transibunt uerba autem mea non transient 21:34 adtendite autem uobis ne forte grauentur corda uestra in crapula et ebrietate et curis huius uitae et superueniat in uos repentina dies illa 21:35 tamquam laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem omnis terrae 21:36 uigilate itaque omni tempore orantes ut digni habeamini fugere ista omnia quae futura sunt et stare ante Filium hominis 21:37 erat autem diebus docens in templo noctibus uero exiens morabatur in monte qui uocatur Oliueti 21:38 et omnis populus manebat ad eum in templo audire eum

22:1 adpropinquabat autem dies festus azymorum qui dicitur pascha 22:2 et quaerebant principes sacerdotum et scribae quomodo eum interficerent timebant uero plebem 22:3 intrauit autem Satan in Iudam qui cognominatur Scarioth unum de duodecim 22:4 et abiit et locutus est cum principibus sacerdotum et magistratibus quemadmodum illum traderet eis 22:5 et gauisi sunt et pacti sunt pecuniam illi dare 22:6 et spondit et quaerebat oportunitatem ut traderet illum sine turbis 22:7 uenit autem dies azymorum in qua necesse erat occidi pascha 22:8 et misit Petrum et Iohannem dicens euntes parate nobis pascha ut manducemus 22:9 at illi dixerunt ubi uis paremus 22:10 et dixit ad eos ecce introeuntibus uobis in ciuitatem occurret uobis homo amphoram aquae portans sequimini eum in domum in qua intrat 22:11 et dicetis patri familias domus dicit tibi magister ubi est diuersorium ubi pascha cum discipulis meis manducem

21:28 And when these things begin to come to pass, then look up, and lift up your heads; for your redemption draweth nigh.

21:29 And he spake to them a parable; Behold the fig tree, and all the trees;

21:30 When they now shoot forth, ye see and know of your own selves that summer is now nigh at hand.

21:31 So likewise ye, when ye see these things come to pass, know ye that the kingdom of God is nigh at hand.

21:32 Verily I say unto you, This generation shall not pass away, till all be fulfilled.

21:33 Heaven and earth shall pass away: but my words shall not pass away.

21:34 And take heed to yourselves, lest at any time your hearts be overcharged with surfeiting, and drunkenness, and cares of this life, and so that day come upon you unawares.

21:35 For as a snare shall it come on all them that dwell on the face of the whole earth.

21:36 Watch ye therefore, and pray always, that ye may be accounted worthy to escape all these things that shall come to pass, and to stand before the Son of man.

21:37 And in the day time he was teaching in the temple; and at night he went out, and abode in the mount that is called the mount of Olives.

21:38 And all the people came early in the morning to him in the temple, for to hear him.

22:1 Now the feast of unleavened bread drew nigh, which is called the Passover.

22:2 And the chief priests and scribes sought how they might kill him; for they feared the people.

22:3 Then entered Satan into Judas surnamed Iscariot, being of the number of the twelve.

22:4 And he went his way, and communed with the chief priests and captains, how he might betray him unto them.

22:5 And they were glad, and covenanted to give him money.

22:6 And he promised, and sought opportunity to betray him unto them in the absence of the multitude.

22:7 Then came the day of unleavened bread, when the passover must be killed.

22:8 And he sent Peter and John, saying, Go and prepare us the passover, that we may eat.

22:9 And they said unto him, Where wilt thou that we prepare?

22:10 And he said unto them, Behold, when ye are entered into the city, there shall a man meet you, bearing a pitcher of water; follow him into the house where he entereth in.

22:11 And ye shall say unto the goodman of the house, The Master saith unto thee, Where is the guestchamber, where I shall eat the passover with my disciples?

Biblia Sacra Vulgata

22:12 And he shall shew you a large upper room furnished: there make ready.

22:13 And they went, and found as he had said unto them: and they made ready the passover.

22:14 And when the hour was come, he sat down, and the twelve apostles with him.

22:15 And he said unto them, With desire I have desired to eat this passover with you before I suffer:

22:16 For I say unto you, I will not any more eat thereof, until it be fulfilled in the kingdom of God.

22:17 And he took the cup, and gave thanks, and said, Take this, and divide it among yourselves:

22:18 For I say unto you, I will not drink of the fruit of the vine, until the kingdom of God shall come.

22:19 And he took bread, and gave thanks, and brake it, and gave unto them, saying, This is my body which is given for you: this do in remembrance of me.

22:20 Likewise also the cup after supper, saying, This cup is the new testament in my blood, which is shed for you.

22:21 But, behold, the hand of him that betrayeth me is with me on the table.

22:22 And truly the Son of man goeth, as it was determined: but woe unto that man by whom he is betrayed!

22:23 And they began to enquire among themselves, which of them it was that should do this thing.

22:24 And there was also a strife among them, which of them should be accounted the greatest.

22:25 And he said unto them, The kings of the Gentiles exercise lordship over them; and they that exercise authority upon them are called benefactors.

22:26 But ye shall not be so: but he that is greatest among you, let him be as the younger; and he that is chief, as he that doth serve.

22:27 For whether is greater, he that sitteth at meat, or he that serveth? is not he that sitteth at meat? but I am among you as he that serveth.

22:28 Ye are they which have continued with me in my temptations.

22:29 And I appoint unto you a kingdom, as my Father hath appointed unto me;

22:30 That ye may eat and drink at my table in my kingdom, and sit on thrones judging the twelve tribes of Israel.

22:31 And the Lord said, Simon, Simon, behold, Satan hath desired to have you, that he may sift you as wheat:

22:32 But I have prayed for thee, that thy faith fail not: and when thou art converted, strengthen thy brethren.

22:12 et ipse uobis ostendet cenaculum magnum stratum et ibi parate 22:13 euntes autem inuenerunt sicut dixit illis et parauerunt pascha 22:14 et cum facta esset hora discubuit et duodecim apostoli cum eo 22:15 et ait illis desiderio desiderauit hoc pascha manducare uobiscum antequam patiar 22:16 dico enim uobis quia ex hoc non manducabo illud donec impleatur in regno Dei 22:17 et accepto calice gratias egit et dixit accipite et diuidite inter uos 22:18 dico enim uobis quod non bibam de generatione uitis donec regnum Dei ueniat 22:19 et accepto pane gratias egit et fregit et dedit eis dicens hoc est corpus meum quod pro uobis datur hoc facite in meam commemorationem 22:20 similiter et calicem postquam cenauit dicens hic est calix nouum testamentum in sanguine meo quod pro uobis funditur 22:21 uerumtamen ecce manus tradentis me mecum est in mensa 22:22 et quidem Filius hominis secundum quod definitum est uadit uerumtamen uae illi homini per quem traditur 22:23 et ipsi coeperunt quaerere inter se quis esset ex eis qui hoc facturus esset 22:24 facta est autem et contentio inter eos quis eorum uideretur esse maior 22:25 dixit autem eis reges gentium dominantur eorum et qui potestatem habent super eos benefici uocantur 22:26 uos autem non sic sed qui maior est in uobis fiat sicut iunior et qui praecessor est sicut ministrator 22:27 nam quis maior est qui recumbit an qui ministrat nonne qui recumbit ego autem in medio uestrum sum sicut qui ministrat 22:28 uos autem estis qui permanistis mecum in temptationibus meis 22:29 et ego dispono uobis sicut disposuit mihi Pater meus regnum 22:30 ut edatis et bibatis super mensam meam in regno et sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israhel 22:31 ait autem Dominus Simon Simon ecce Satanas expetiuit uos ut cribraret sicut triticum 22:32 ego autem rogauit pro te ut non deficiat fides tua et tu aliquando conuersus confirma fratres

Euangelium Secundum Lucam

tuos 22:33 qui dixit ei Domine tecum paratus sum et in carcerem et in mortem ire 22:34 et ille dixit dico tibi Petre non cantabit hodie gallus donec ter abneges nosse me 22:35 et dixit eis quando misi uos sine sacco et pera et calciamentis numquid aliquid defuit uobis at illi dixerunt nihil 22:36 dixit ergo eis sed nunc qui habet saccum tollat similiter et peram et qui non habet uendat tunicam suam et emat gladium 22:37 dico enim uobis quoniam adhuc hoc quod scriptum est oportet impleri in me et quod cum iniustis deputatus est etenim ea quae sunt de me finem habent 22:38 at illi dixerunt Domine ecce gladii duo hic at ille dixit eis satis est 22:39 et egressus ibat secundum consuetudinem in montem Oliuarum secuti sunt autem illum et discipuli 22:40 et cum peruenisset ad locum dixit illis orate ne intretis in temptationem 22:41 et ipse auulsus est ab eis quantum iactus est lapidis et positus genibus orabat 22:42 dicens Pater si uis transfer calicem istum a me uerumtamen non mea uoluntas sed tua fiat 22:43 apparuit autem illi angelus de caelo confortans eum et factus in agonia prolixius orabat 22:44 et factus est sudor eius sicut guttae sanguinis decurrentis in terram 22:45 et cum surrexisset ab oratione et uenisset ad discipulos suos inuenit eos dormientes prae tristitia 22:46 et ait illis quid dormitis surgite orate ne intretis in temptationem 22:47 adhuc eo loquente ecce turba et qui uocabatur Iudas unus de duodecim antecedebat eos et adpropinquauit Iesu ut oscularetur eum 22:48 Iesus autem dixit ei Iuda osculo Filium hominis tradis 22:49 uidentes autem hii qui circa ipsum erant quod futurum erat dixerunt ei Domine si percutimus in gladio 22:50 et percussit unus ex illis seruum principis sacerdotum et amputauit auriculam eius dextram 22:51 respondens autem Iesus ait sinite usque huc et cum tetigisset auriculam eius sanauit eum 22:52 dixit autem Iesus ad eos qui uenerant ad se principes sacerdotum et magistra-

22:33 And he said unto him, Lord, I am ready to go with thee, both into prison, and to death.

22:34 And he said, I tell thee, Peter, the cock shall not crow this day, before that thou shalt thrice deny that thou knowest me.

22:35 And he said unto them, When I sent you without purse, and scrip, and shoes, lacked ye any thing? And they said, Nothing.

22:36 Then said he unto them, But now, he that hath a purse, let him take it, and likewise his scrip: and he that hath no sword, let him sell his garment, and buy one.

22:37 For I say unto you, that this that is written must yet be accomplished in me, And he was reckoned among the transgressors: for the things concerning me have an end.

22:38 And they said, Lord, behold, here are two swords. And he said unto them, It is enough.

22:39 And he came out, and went, as he was wont, to the mount of Olives; and his disciples also followed him.

22:40 And when he was at the place, he said unto them, Pray that ye enter not into temptation.

22:41 And he was withdrawn from them about a stone's cast, and kneeled down, and prayed,

22:42 Saying, Father, if thou be willing, remove this cup from me: nevertheless not my will, but thine, be done.

22:43 And there appeared an angel unto him from heaven, strengthening him.

22:44 And being in an agony he prayed more earnestly: and his sweat was as it were great drops of blood falling down to the ground.

22:45 And when he rose up from prayer, and was come to his disciples, he found them sleeping for sorrow,

22:46 And said unto them, Why sleep ye? rise and pray, lest ye enter into temptation.

22:47 And while he yet spake, behold a multitude, and he that was called Judas, one of the twelve, went before them, and drew near unto Jesus to kiss him.

22:48 But Jesus said unto him, Judas, betrayest thou the Son of man with a kiss?

22:49 When they which were about him saw what would follow, they said unto him, Lord, shall we smite with the sword?

22:50 And one of them smote the servant of the high priest, and cut off his right ear.

22:51 And Jesus answered and said, Suffer ye thus far. And he touched his ear, and healed him.

22:52 Then Jesus said unto the chief priests, and captains of the temple, and the elders, which were come to him, Be ye come out, as against a thief, with swords and staves?

Biblia Sacra Vulgata

22:53 When I was daily with you in the temple, ye stretched forth no hands against me: but this is your hour, and the power of darkness.

22:54 Then took they him, and led him, and brought him into the high priest's house. And Peter followed afar off.

22:55 And when they had kindled a fire in the midst of the hall, and were set down together, Peter sat down among them.

22:56 But a certain maid beheld him as he sat by the fire, and earnestly looked upon him, and said, This man was also with him.

22:57 And he denied him, saying, Woman, I know him not.

22:58 And after a little while another saw him, and said, Thou art also of them. And Peter said, Man, I am not.

22:59 And about the space of one hour after another confidently affirmed, saying, Of a truth this fellow also was with him: for he is a Galilaean.

22:60 And Peter said, Man, I know not what thou sayest. And immediately, while he yet spake, the cock crew.

22:61 And the Lord turned, and looked upon Peter. And Peter remembered the word of the Lord, how he had said unto him, Before the cock crow, thou shalt deny me thrice.

22:62 And Peter went out, and wept bitterly.

22:63 And the men that held Jesus mocked him, and smote him.

22:64 And when they had blindfolded him, they struck him on the face, and asked him, saying, Prophecy, who is it that smote thee?

22:65 And many other things blasphemously spake they against him.

22:66 And as soon as it was day, the elders of the people and the chief priests and the scribes came together, and led him into their council, saying,

22:67 Art thou the Christ? tell us. And he said unto them, If I tell you, ye will not believe:

22:68 And if I also ask you, ye will not answer me, nor let me go.

22:69 Hereafter shall the Son of man sit on the right hand of the power of God.

22:70 Then said they all, Art thou then the Son of God? And he said unto them, Ye say that I am.

22:71 And they said, What need we any further witness? for we ourselves have heard of his own mouth.

23:1 And the whole multitude of them arose, and led him unto Pilate.

23:2 And they began to accuse him, saying, We found this fellow perverting the nation, and forbidding to give tribute to Caesar, saying that he himself is Christ a King.

tus templi et seniores quasi ad latronem existis cum gladiis et fustibus 22:53 cum cotidie uobiscum fuerim in templo non extendistis manus in me sed haec est hora uestra et potestas tenebrarum 22:54 comprehendentes autem eum duxerunt ad domum principis sacerdotum Petrus uero sequebatur a longe 22:55 accenso autem igni in medio atrio et circumsedentibus illis erat Petrus in medio eorum 22:56 quem cum uidisset ancilla quaedam sedentem ad lumen et eum fuisset intuita dixit et hic cum illo erat 22:57 at ille negauit eum dicens mulier non noui illum 22:58 et post pusillum alius uidens eum dixit et tu de illis es Petrus uero ait o homo non sum 22:59 et interuallo facto quasi horae unius alius quidam adfirmabat dicens uere et hic cum illo erat nam et Galilaeus est 22:60 et ait Petrus homo nescio quod dicis et continuo adhuc illo loquente cantauit gallus 22:61 et conuersus Dominus respexit Petrum et recordatus est Petrus uerbi Domini sicut dixit quia priusquam gallus cantet ter me negabis 22:62 et egressus foras Petrus fleuit amare 22:63 et uiri qui tenebant illum includebant ei caedentes 22:64 et uelauerunt eum et percutiebant faciem eius et interrogabant eum dicentes prophetiza quis est qui te percussit 22:65 et alia multa blasphemantes dicebant in eum 22:66 et ut factus est dies conuenerunt seniores plebis et principes sacerdotum et scribae et duxerunt illum in concilium suum dicentes si tu es Christus dic nobis 22:67 et ait illis si uobis dixero non creditis mihi 22:68 si autem et interrogauero non respondebitis mihi neque dimittetis 22:69 ex hoc autem erit Filius hominis sedens a dextris uirtutis Dei 22:70 dixerunt autem omnes tu ergo es Filius Dei qui ait uos dicitis quia ego sum 22:71 at illi dixerunt quid adhuc desideramus testimonium ipsi enim audiuius de ore eius

23:1 et surgens omnis multitudo eorum duxerunt illum ad Pilatum 23:2 coeperunt autem accusare illum dicentes hunc

Euangelium Secundum Lucam

inuenimus subuertentem gentem nostram et prohibentem tributa dari Caesari et dicentem se Christum regem esse 23:3 Pilatus autem interrogauit eum dicens tu es rex Iudaeorum at ille respondens ait tu dicis 23:4 ait autem Pilatus ad principes sacerdotum et turbas nihil inuenio causae in hoc homine 23:5 at illi inualescebant dicentes commouet populum docens per uniuersam Iudaeam et incipiens a Galilaea usque huc 23:6 Pilatus autem audiens Galilaeam interrogauit si homo Galilaeus esset 23:7 et ut cognouit quod de Herodis potestate esset remisit eum ad Herodem qui et ipse Hierosolymis erat illis diebus 23:8 Herodes autem uiso Iesu gauisus est ualde erat enim cupiens ex multo tempore uidere eum eo quod audiret multa de illo et sperabat signum aliquod uidere ab eo fieri 23:9 interrogabat autem illum multis sermonibus at ipse nihil illi respondebat 23:10 stabant etiam principes sacerdotum et scribae constanter accusantes eum 23:11 spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo et inluisit indutum ueste alba et remisit ad Pilatum 23:12 et facti sunt amici Herodes et Pilatus in ipsa die nam antea inimici erant ad inuicem 23:13 Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotum et magistratibus et plebe 23:14 dixit ad illos obtulistis mihi hunc hominem quasi auertentem populum et ecce ego coram uobis interrogans nullam causam inueni in homine isto ex his in quibus eum accusatis 23:15 sed neque Herodes nam remisi uos ad illum et ecce nihil dignum morte actum est ei 23:16 emendatum ergo illum dimittam 23:17 necesse autem habebat dimittere eis per diem festum unum 23:18 exclamauit autem simul uniuersa turba dicens tolle hunc et dimitte nobis Barabban 23:19 qui erat propter seditionem quandam factam in ciuitate et homicidium missus in carcerem 23:20 iterum autem Pilatus locutus est ad illos uolens dimittere Iesum 23:21 at illi succlamabant dicentes crucifige crucifige illum 23:22 ille autem tertio dixit

23:3 And Pilate asked him, saying, Art thou the King of the Jews? And he answered him and said, Thou sayest it.

23:4 Then said Pilate to the chief priests and to the people, I find no fault in this man.

23:5 And they were the more fierce, saying, He stirreth up the people, teaching throughout all Jewry, beginning from Galilee to this place.

23:6 When Pilate heard of Galilee, he asked whether the man were a Galilaean.

23:7 And as soon as he knew that he belonged unto Herod's jurisdiction, he sent him to Herod, who himself also was at Jerusalem at that time.

23:8 And when Herod saw Jesus, he was exceeding glad: for he was desirous to see him of a long season, because he had heard many things of him; and he hoped to have seen some miracle done by him.

23:9 Then he questioned with him in many words; but he answered him nothing.

23:10 And the chief priests and scribes stood and vehemently accused him.

23:11 And Herod with his men of war set him at nought, and mocked him, and arrayed him in a gorgeous robe, and sent him again to Pilate.

23:12 And the same day Pilate and Herod were made friends together: for before they were at enmity between themselves.

23:13 And Pilate, when he had called together the chief priests and the rulers and the people,

23:14 Said unto them, Ye have brought this man unto me, as one that perverteth the people: and, behold, I, having examined him before you, have found no fault in this man touching those things whereof ye accuse him:

23:15 No, nor yet Herod: for I sent you to him; and, lo, nothing worthy of death is done unto him.

23:16 I will therefore chastise him, and release him.

23:17 (For of necessity he must release one unto them at the feast.)

23:18 And they cried out all at once, saying, Away with this man, and release unto us Barabbas:

23:19 (Who for a certain sedition made in the city, and for murder, was cast into prison.)

23:20 Pilate therefore, willing to release Jesus, spake again to them.

23:21 But they cried, saying, Crucify him, crucify him.

23:22 And he said unto them the third time, Why, what evil hath he done? I have found no cause of death in him: I will therefore chastise him, and let him go.

Biblia Sacra Vulgata

23:23 And they were instant with loud voices, requiring that he might be crucified. And the voices of them and of the chief priests prevailed.

23:24 And Pilate gave sentence that it should be as they required.

23:25 And he released unto them him that for sedition and murder was cast into prison, whom they had desired; but he delivered Jesus to their will.

23:26 And as they led him away, they laid hold upon one Simon, a Cyrenian, coming out of the country, and on him they laid the cross, that he might bear it after Jesus.

23:27 And there followed him a great company of people, and of women, which also bewailed and lamented him.

23:28 But Jesus turning unto them said, Daughters of Jerusalem, weep not for me, but weep for yourselves, and for your children.

23:29 For, behold, the days are coming, in the which they shall say, Blessed are the barren, and the wombs that never bare, and the paps which never gave suck.

23:30 Then shall they begin to say to the mountains, Fall on us; and to the hills, Cover us.

23:31 For if they do these things in a green tree, what shall be done in the dry?

23:32 And there were also two other, malefactors, led with him to be put to death.

23:33 And when they were come to the place, which is called Calvary, there they crucified him, and the malefactors, one on the right hand, and the other on the left.

23:34 Then said Jesus, Father, forgive them: for they know not what they do. And they parted his raiment, and cast lots.

23:35 And the people stood beholding. And the rulers also with them derided him, saying, He saved others; let him save himself, if he be Christ, the chosen of God.

23:36 And the soldiers also mocked him, coming to him, and offering him vinegar,

23:37 And saying, If thou be the king of the Jews, save thyself.

23:38 And a superscription also was written over him in letters of Greek, and Latin, and Hebrew, THIS IS THE KING OF THE JEWS.

23:39 And one of the malefactors which were hanged railed on him, saying, If thou be Christ, save thyself and us.

23:40 But the other answering rebuked him, saying, Dost not thou fear God, seeing thou art in the same condemnation?

ad illos quid enim mali fecit iste nullam causam mortis inuenio in eo corripiam ergo illum et dimittam 23:23 at illi instabant uocibus magnis postulantes ut crucifigeretur et inualescebant uoces eorum 23:24 et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum 23:25 dimisit autem illis eum qui propter homicidium et seditionem missus fuerat in carcerem quem petebant Iesum uero tradidit uoluntati eorum 23:26 et cum ducerent eum adprehenderunt Simonem quendam Cyrenensem uenientem de uilla et inposuerunt illi crucem portare post Iesum 23:27 sequebatur autem illum multa turba populi et mulierum quae plangebant et lamentabant eum 23:28 conuersus autem ad illas Iesus dixit filiae Hierusalem nolite flere super me sed super uos ipsas flete et super filios uestros 23:29 quoniam ecce uenient dies in quibus dicent beatae steriles et uentres qui non genuerunt et ubera quae non lactauerunt 23:30 tunc incipient dicere montibus cadite super nos et collibus operite nos 23:31 quia si in uiridi ligno haec faciunt in arido quid fiet 23:32 ducebantur autem et alii duo nequam cum eo ut interficerentur 23:33 et postquam uenerunt in locum qui uocatur Caluariae ibi crucifixerunt eum et latrones unum a dextris et alterum a sinistris 23:34 Iesus autem dicebat Pater dimitte illis non enim sciunt quid faciunt diuidentes uero uestimenta eius miserunt sortes 23:35 et stabat populus expectans et deridebant illum principes cum eis dicentes alios saluos fecit se saluum faciat si hic est Christus Dei electus 23:36 includebant autem ei et milites accedentes et acetum offerentes illi 23:37 dicentes si tu es rex Iudaeorum saluum te fac 23:38 erat autem et superscriptio inscripta super illum litteris graecis et latinis et hebraicis hic est rex Iudaeorum 23:39 unus autem de his qui pendebant latronibus blasphemabat eum dicens si tu es Christus saluum fac temet ipsum et nos 23:40 respondens autem alter increpabat illum dicens neque tu times Deum

Euangelium Secundum Lucam

quod in eadem damnatione es 23:41 et nos quidem iuste nam digna factis recipimus hic uero nihil mali gessit 23:42 et dicebat ad Iesum Domine memento mei cum ueneris in regnum tuum 23:43 et dixit illi Iesus amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso 23:44 erat autem fere hora sexta et tenebrae factae sunt in uniuersa terra usque in nonam horam 23:45 et obscuratus est sol et uelum templi scissum est medium 23:46 et clamans uoce magna Iesus ait Pater in manus tuas commendo spiritum meum et haec dicens exspirauit 23:47 uidens autem centurio quod factum fuerat glorificauit Deum dicens uere hic homo iustus erat 23:48 et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud et uidebant quae fiebant percutientes pectora sua reuertebantur 23:49 stabant autem omnes noti eius a longe et mulieres quae secutae erant eum a Galilaea haec uidentes 23:50 et ecce uir nomine Ioseph qui erat decurio uir bonus et iustus 23:51 hic non consenserat consilio et actibus eorum ab Arimathia ciuitate Iudaeae qui expectabat et ipse regnum Dei 23:52 hic accessit ad Pilatum et petiit corpus Iesu 23:53 et depositum inuoluit sindone et posuit eum in monumento exciso in quo nondum quisquam positus fuerat 23:54 et dies erat parasceues et sabbatum inluciscebat 23:55 subsecutae autem mulieres quae cum ipso uenerant de Galilaea uiderunt monumentum et quemadmodum positum erat corpus eius 23:56 et reuertentes parauerunt aromata et unguenta et sabbato quidem siluerunt secundum mandatum

24:1 una autem sabbati ualde diluculo uenerunt ad monumentum portantes quae parauerant aromata 24:2 et inuenerunt lapidem reuolutum a monumento 24:3 et ingressae non inuenerunt corpus Domini Iesu 24:4 et factum est dum mente consternatae essent de isto ecce duo uiri steterunt secus illas in ueste fulgenti 24:5 cum timerent autem et declinarent uultum in terram dixerunt ad illas quid quae-

23:41 And we indeed justly; for we receive the due reward of our deeds: but this man hath done nothing amiss.

23:42 And he said unto Jesus, Lord, remember me when thou comest into thy kingdom.

23:43 And Jesus said unto him, Verily I say unto thee, To day shalt thou be with me in paradise.

23:44 And it was about the sixth hour, and there was a darkness over all the earth until the ninth hour.

23:45 And the sun was darkened, and the veil of the temple was rent in the midst.

23:46 And when Jesus had cried with a loud voice, he said, Father, into thy hands I commend my spirit: and having said thus, he gave up the ghost.

23:47 Now when the centurio saw what was done, he glorified God, saying, Certainly this was a righteous man.

23:48 And all the people that came together to that sight, beholding the things which were done, smote their breasts, and returned.

23:49 And all his acquaintance, and the women that followed him from Galilee, stood afar off, beholding these things.

23:50 And, behold, there was a man named Joseph, a counsellor; and he was a good man, and a just:

23:51 (The same had not consented to the counsel and deed of them;) he was of Arimathaea, a city of the Jews: who also himself waited for the kingdom of God.

23:52 This man went unto Pilate, and begged the body of Jesus.

23:53 And he took it down, and wrapped it in linen, and laid it in a sepulchre that was hewn in stone, wherein never man before was laid.

23:54 And that day was the preparation, and the sabbath drew on.

23:55 And the women also, which came with him from Galilee, followed after, and beheld the sepulchre, and how his body was laid.

23:56 And they returned, and prepared spices and ointments; and rested the sabbath day according to the commandment.

24:1 Now upon the first day of the week, very early in the morning, they came unto the sepulchre, bringing the spices which they had prepared, and certain others with them.

24:2 And they found the stone rolled away from the sepulchre.

24:3 And they entered in, and found not the body of the Lord Jesus.

24:4 And it came to pass, as they were much perplexed thereabout, behold, two men stood by them in shining garments:

24:5 And as they were afraid, and bowed down their faces to the earth, they said unto them, Why seek ye the living among the dead?

Biblia Sacra Vulgata

24:6 He is not here, but is risen: remember how he spake unto you when he was yet in Galilee,

24:7 Saying, The Son of man must be delivered into the hands of sinful men, and be crucified, and the third day rise again.

24:8 And they remembered his words,

24:9 And returned from the sepulchre, and told all these things unto the eleven, and to all the rest.

24:10 It was Mary Magdalene and Joanna, and Mary the mother of James, and other women that were with them, which told these things unto the apostles.

24:11 And their words seemed to them as idle tales, and they believed them not.

24:12 Then arose Peter, and ran unto the sepulchre: and stooping down, he beheld the linen clothes laid by themselves, and departed, wondering in himself at that which was come to pass.

24:13 And, behold, two of them went that same day to a village called Emmaus, which was from Jerusalem about threescore furlongs.

24:14 And they talked together of all these things which had happened.

24:15 And it came to pass, that, while they communed together and reasoned, Jesus himself drew near, and went with them.

24:16 But their eyes were holden that they should not know him.

24:17 And he said unto them, What manner of communications are these that ye have one to another, as ye walk, and are sad?

24:18 And the one of them, whose name was Cleopas, answering said unto him, Art thou only a stranger in Jerusalem, and hast not known the things which are come to pass there in these days?

24:19 And he said unto them, What things? And they said unto him, Concerning Jesus of Nazareth, which was a prophet mighty in deed and word before God and all the people:

24:20 And how the chief priests and our rulers delivered him to be condemned to death, and have crucified him.

24:21 But we trusted that it had been he which should have redeemed Israel: and beside all this, to day is the third day since these things were done.

24:22 Yea, and certain women also of our company made us astonished, which were early at the sepulchre;

24:23 And when they found not his body, they came, saying, that they had also seen a vision of angels, which said that he was alive.

24:24 And certain of them which were with us went to the sepulchre, and found it even so as the women had said: but him they saw not.

ritis uiuentem cum mortuis 24:6 non est hic sed surrexit recordamini qualiter locutus est uobis cum adhuc in Galilaea esset 24:7 dicens quia oportet Filium hominis tradi in manus hominum peccatorum et crucifigi et die tertia resurgere 24:8 et recordatae sunt uerborum eius 24:9 et regressae a monumento nuntiauerunt haec omnia illis undecim et ceteris omnibus 24:10 erat autem Maria Magdalene et Iohanna et Maria Iacobi et ceterae quae cum eis erant quae dicebant ad apostolos haec 24:11 et uisa sunt ante illos sicut deliramentum uerba ista et non credebant illis 24:12 Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum et procumbens uidet linteamina sola posita et abiit secum mirans quod factum fuerat 24:13 et ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Hierusalem nomine Emmaus 24:14 et ipsi loquebantur ad inuicem de his omnibus quae acciderant 24:15 et factum est dum fabulantur et secum quaerent et ipse Iesus adpropinquans ibat cum illis 24:16 oculi autem illorum tenebantur ne eum agnoscerent 24:17 et ait ad illos qui sunt hii sermones quos confertis ad inuicem ambulantes et estis tristes 24:18 et respondens unus cui nomen Cleopas dixit ei tu solus peregrinus es in Hierusalem et non cognouisti quae facta sunt in illa his diebus 24:19 quibus ille dixit quae et dixerunt de Iesu Nazareno qui fuit uir propheta potens in opere et sermone coram Deo et omni populo 24:20 et quomodo eum tradiderunt summi sacerdotum et principes nostri in damnationem mortis et crucifixerunt eum 24:21 nos autem sperabamus quia ipse esset redeepturus Israhel et nunc super haec omnia tertia dies hodie quod haec facta sunt 24:22 sed et mulieres quaedam ex nostris terruerunt nos quae ante lucem fuerunt ad monumentum 24:23 et non inuento corpore eius uenerunt dicentes se etiam uisionem angelorum uidisse qui dicunt eum uiuere 24:24 et abierunt quidam ex nostris ad

Euangelium Secundum Lucam

monumentum et ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt ipsum uero non uiderunt 24:25 et ipse dixit ad eos o stulti et tardi corde ad credendum in omnibus quae locuti sunt prophetae 24:26 nonne haec oportuit pati Christum et ita intrare in gloriam suam 24:27 et incipiens a Mose et omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis quae de ipso erant 24:28 et adpropinquauerunt castello quo ibant et ipse se finxit longius ire 24:29 et coegerunt illum dicentes mane nobiscum quoniam aduesperascit et inclinata est iam dies et intrauit cum illis 24:30 et factum est dum recumberet cum illis accepit panem et benedixit ac fregit et porrigebat illis 24:31 et aperti sunt oculi eorum et cognouerunt eum et ipse euanuit ex oculis eorum 24:32 et dixerunt ad inuicem nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in uia et aperiret nobis scripturas 24:33 et surgentes eadem hora regressi sunt in Hierusalem et inuenerunt congregatos undecim et eos qui cum ipsis erant 24:34 dicentes quod surrexit Dominus uere et apparuit Simoni 24:35 et ipsi narrabant quae gesta erant in uia et quomodo cognouerunt eum in fractione panis 24:36 dum haec autem loquuntur Iesus stetit in medio eorum et dicit eis pax uobis ego sum nolite timere 24:37 conturbati uero et conterriti existimabant se spiritum uidere 24:38 et dixit eis quid turbati estis et cogitationes ascendunt in corda uestra 24:39 uidete manus meas et pedes quia ipse ego sum palpate et uidete quia spiritus carnem et ossa non habet sicut me uidetis habere 24:40 et cum hoc dixisset ostendit eis manus et pedes 24:41 adhuc autem illis non credentibus et mirantibus prae gaudio dixit habetis hic aliquid quod manducetur 24:42 at illi obtulerunt ei partem piscis assi et fauum mellis 24:43 et cum manducasset coram eis sumens reliquias dedit eis 24:44 et dixit ad eos haec sunt uerba quae locutus sum ad uos cum adhuc essem uobiscum quoniam necesse est impleri omnia quae scripta

24:25 Then he said unto them, O fools, and slow of heart to believe all that the prophets have spoken:

24:26 Ought not Christ to have suffered these things, and to enter into his glory?

24:27 And beginning at Moses and all the prophets, he expounded unto them in all the scriptures the things concerning himself.

24:28 And they drew nigh unto the village, whither they went: and he made as though he would have gone further.

24:29 But they constrained him, saying, Abide with us: for it is toward evening, and the day is far spent. And he went in to tarry with them.

24:30 And it came to pass, as he sat at meat with them, he took bread, and blessed it, and brake, and gave to them.

24:31 And their eyes were opened, and they knew him; and he vanished out of their sight.

24:32 And they said one to another, Did not our heart burn within us, while he talked with us by the way, and while he opened to us the scriptures?

24:33 And they rose up the same hour, and returned to Jerusalem, and found the eleven gathered together, and them that were with them,

24:34 Saying, The Lord is risen indeed, and hath appeared to Simon.

24:35 And they told what things were done in the way, and how he was known of them in breaking of bread.

24:36 And as they thus spake, Jesus himself stood in the midst of them, and saith unto them, Peace be unto you.

24:37 But they were terrified and affrighted, and supposed that they had seen a spirit.

24:38 And he said unto them, Why are ye troubled? and why do thoughts arise in your hearts?

24:39 Behold my hands and my feet, that it is I myself: handle me, and see; for a spirit hath not flesh and bones, as ye see me have.

24:40 And when he had thus spoken, he shewed them his hands and his feet.

24:41 And while they yet believed not for joy, and wondered, he said unto them, Have ye here any meat?

24:42 And they gave him a piece of a broiled fish, and of an honeycomb.

24:43 And he took it, and did eat before them.

24:44 And he said unto them, These are the words which I spake unto you, while I was yet with you, that all things must be fulfilled, which were written in the law of Moses, and in the prophets, and in the psalms, concerning me.

Biblia Sacra Vulgata

24:45 Then opened he their understanding, that they might understand the scriptures,

24:46 And said unto them, Thus it is written, and thus it behoved Christ to suffer, and to rise from the dead the third day:

24:47 And that repentance and remission of sins should be preached in his name among all nations, beginning at Jerusalem.

24:48 And ye are witnesses of these things.

24:49 And, behold, I send the promise of my Father upon you: but tarry ye in the city of Jerusalem, until ye be endued with power from on high.

24:50 And he led them out as far as to Bethany, and he lifted up his hands, and blessed them.

24:51 And it came to pass, while he blessed them, he was parted from them, and carried up into heaven.

24:52 And they worshipped him, and returned to Jerusalem with great joy:

24:53 And were continually in the temple, praising and blessing God. Amen.

sunt in lege Mosi et prophetis et psalmis de me 24:45 tunc aperuit illis sensum ut intellegerent scripturas 24:46 et dixit eis quoniam sic scriptum est et sic oportebat Christum pati et resurgere a mortuis die tertia 24:47 et praedicari in nomine eius paenitentiam et remissionem peccatorum in omnes gentes incipientibus ab Hierosolyma 24:48 uos autem estis testes horum 24:49 et ego mitto promissum Patris mei in uos uos autem sedete in ciuitate quoadusque induamini uirtutem ex alto 24:50 eduxit autem eos foras in Bethaniam et eleuatis manibus suis benedixit eis 24:51 et factum est dum benediceret illis recessit ab eis et ferebatur in caelum 24:52 et ipsi adorantes regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno 24:53 et erant semper in templo laudantes et benedicentes Deum amen